

DE DIA:
LECTICA LIBRI QVA-
tuor recogniti. Anno

1533.

PHIL. MEL.



PHILIPPVS MELANCH.
THON, GVILIELMO
Reiffenstein, Viro optimo
S. D.



FUMANISSIME PRAECEP
tum est ab Hesiodo Poeta, ut quæ mu
tuo sumpferis pari mensura, aut eti
am cumulatiore, reddas. Idq; in uni
uersum existimant in gratia referenda pro benè
ficijs omnis generis, prestandum esse. Sed tamen
idem Poeta ita iubet ut maiore mensura reddas si
possis. Ego itaq; tametsi intelligo quantum ti
bi pro tuis innumerabilibus erga me officijs debea
am, tamen, quoniam fortuna impedior, quo mi
nus id persoluam, ueniam mihi dari peto, quod
parum copiosam gratiam hacenus tibi retule
rim. Porro ut significationem aliquam gratae
mentis tibi ostenderem, dedicauit tibi hos de Dia
lectica libellos, ad utilitatem puericia scriptos, Et
quauquam munus magis idoncum liberis tuis ui
debatur, quam tibi, tamen ad te potius mittendum
esse duxi, nō ut te adhortarer, ut in his studijs libe
ros tuos retineres. Nihil enim erat opus tali uia
rum prudentia, ex de nostris literis honorificanti
sime sententiam monere. Sed quod plus autoritatis

A ij arbitra

N V N C V P A T A.

Or Iohannis Cæsarij libelli accuratissime scripti,
er Rodolphi Topica. Et Aristotlem maxime ue-
lim omnibus studiosis in manibus esse, ad cuius le-
ctionem uiam sternere hoc nostro commentariolo
uoluimus. Quare, si iudicabis hoc nostro labore
studia discentium adiuuari posse, misimus tibi mu-
nus profuturum liberis tuis. Sciebam autem futu-
rum ob eam caussam, ut non modo gratum esset,
sed etiam uideretur tibi amplissimum, quo-
niam uelut ad patrimonium liberorum
tuorum pertineret. Vale felici-
ter, ex Viteberga, Ca-
lendis Iulij.

A ij DE

E P I S T O L A

arbitrabar hos libellos habiuros esse, uel apud
tuos liberos, uel apud alios, si tibi probarentur.

Proinde, misi eos ad te, ut pro tua pruden-
tia iudicium de eis faceres. Nos quidem prodesse
nolumus, er ad Dialecticam reuocare studiosos.
Quod ut facilius consequremur, aspersimus ua-
ria exempla, uel tanquam lectionis illeæbras, uel
profutura ad hoc, ut usum Dialectices melius cer-
nant imperiti, quod quidem nobis pueris in Scho-
lis desiderabatur. Nam præcepta ipsa non deerant,
uerum quis in diendo, aut in iudicandis aliorum
scriptis usus artis esset, nemo tradebat. Itaq; quan-
quam alicubi uideri poterit ineptum, adscripti pre-
ceptis multos locos ex bonis autoribus, er ex sa-
cris literis sumptos, er ut lumen adferrent exempla
præceptis, er ut uideri posset quantum utilis-
tatis adferat hec ars, ad intelligendas doctorum
hominum disputationes.

Neq; uero hoc agimus, ut aliorum de Dialecti-
ca libros iuuentuti de manibus excutiamus. Nihil
enim magis optamus, quam ut his elementis instru-
cti adolescentes, gradum faciant ad eos cognoscen-
dos, qui copiosius artem tradiderunt. Extant enim

Or Iodam

DE DIA
LECTICALIBER PRI-
MVS.

DIALECTICA, EST ars ae uia do-
cendi, hec enim est proprius uis dialecti.
Porro omnis docendi uia ac ratio consistit in
definiendo, diuidendo, et argumentando. Defini-
mus autem, cum aut nomen interpretamur, aut
quid res sit exponimus. Diuidimus, cum membra
aut partes enumeramus. Argumentamur, cum
aliam sententiam ex alia ratiocinamur.

Non dissimilis mihi ars scientia numerorum ui-
detur. Nam dum in explicandis causis, nudas res
nobis ob oculos ponit, tanquam numerans unuscu-
jusq; causas, aut effectus, aut partes, supputat ex
equibus fontibus omnia orientur, et quomodo inter-
se consentiant omnia, que in controversia posita
esse dicuntur. Que qui non animaduertunt, non
possunt recte iudicare de negotijs paulo obscuriori-
bus. Vulgus audit nomen religionis, at si interro-
ges quid sit religio, aliud aliud respondebit. Bonam
partem audies in eo errore esse, ut somniet obserua-
tionem rituum externarum, esse religionem, seu Christi
animum. At Dialecticus consulat suos locos, et
ex his

PHILIP. MELANCH.
ex his requiret, quae res sit, quae sint eius causae,
ubi sit posita, in animi affectibus, an in ritibus,

Cum ad hunc modum ad Dialetcam res exigi-
tur, natura eius penitus peruidetur, ut eleganter
Plato scriptum reliquit, Dialetcam oculos huma-
nos in barbaricum cœnum infossos sensim attolle-
re, et abstergere ut in iudicando acutius uideant.
Et quidem ita anteponit omnibus artibus alijs Pla-
to hanc, ut alias neget res intueri ipsas, sed somni-
are de rebus, hanc unam dicat uidere, ut ipsius uera-
bo utar. Nam haec una id, quod in quaq;
re certissimum est, demonstrat, et nos tanquam in
rem presentem dicit.

Nomen Dialetcas a διαλέγομαι fit, quod
differere nostri uerterunt, id est, distincte aliqua de-
re diære, significat autem colloqui et conferre cum
alio aliqua de re, ut sit Dialetca sive differendi sci-
entia, id est, distincte explicandi, sive scientia que
respondeas apposite ea de re, de qua queritur.
Ideoq; Plato scientiam scripsit hanc esse δοῦλε
νομέποδεξαδαι λόγις, quam qui non tenent,
bi sepe in disceptando, de Alijs interrogati, iuxta
Prouerbium, de Cepis respondent.

DIALECTICA.

Est autem proprium & principale officium Dialecticæ, docere. Id sit definiendo, dividendo, ratiocinando, quæ quā affrant utilitatem, postea cognoscatur ex præceptis. Nam latius utilitas huius artis opinione imperitorum patet. Id in tractationis causis paulo obscurioribus cōperimus, quæ nisi hac adhibita arte, lumen accipere non possunt. Ideoq; Dialecticis libris Aristoteles Organi nomine fecit, quod instrumentum esset omnibus de rebus ordine & rite dicendi. Nobis pueris obscure tradebantur Dialectica in scholis, nec fere quisquam ex præceptoribus artis uim intelligebat, id inde accedit, quia nullum stylus usum habebant. Nam præceptiones sive usu non satis intelligi possunt. Primum ita demum Dialecticen recte discetis, cum adhuc ritibus usum scribendi, & accuratus de causis obscurioribus disputandi. Nam stylus præceptis lumen afferit. Ego præceptiones simpliciter, & quod aiunt, pingui Minerua tradam, video enim hanc artem dum scriptores nimium student argutijs, & ad uiuum omnia resecant, obscuratam esse. Placet id quod præceperunt & uadēs ego uox Cœphesegor. Et ars ipsa domi nobis & in animis nostris nata, sicut numerandi scientia plana & facilis est. Est

enim

PHILIP. MELANCH.

enim propemodum naturalis quedam uis, qua peruidemus rerum inter se ordinem.

Inter Dialecticen & Rhetoricen hoc interest. *Dialectica* (Non enim libertate & uerbo discurrere) quod Dialectice nudam causam brevibus uerbis, & tanquam punctis designat. Rhetorica addit elocutionem inventis a Dialectica, & uelut ornamentis uerborum & sententiarum uestit. Hæc in omnibus negotijs tanquam primas lineas causæ ducit, sed Rhetorica addit uiuos colores. Est enim elocutio propria Rhetoris. Nec in perplexis negotijs uidebit quissiam causæ statum, & que wāpēyā obiter addiderit Rhetorica, nisi Dialecticæ peritus. In Miloniana causa hoc syllogismo Ciceron uetus est, Vim uirum repellere licet. Milo uim a capite suo depulit. Ergo Ciodum iure occidit. Hæc quomodo coherent tum demū perspicie rectius poterunt, cuī erunt ad hunc modum breuiter in animum inclusa, cunq; principalia argumenti membra nuda contemplabimur. Sed est uidere apud Ciceronem, quæ lumina uerborum addiderit huic syllogismo, ut eum insigret iudicium animis, dum in eo tractando cōmora tur. Alicubi ita rōcinatur Demosthenes. Imperia scilicet et fraude parta non sunt diuturna, Philippi

A v imperia

DIALECTICA.

Imperium non est iure partum. Ergo non erit diu-
turnum. Sed nisi pluribus uerbis ornaretur, res
ipsa tantum procul ostensa, non satis intellige-
tur, & sepe leuius iusto uidetur argumentum.
Addita est igitur similitudo, sicut domus et nauigij
& similiū fundamenta firma esse oportet, ita
actionum initia causasq; iustas esse conuenit. Ex-
stat inter Psalmos Encomium concordie, ibi dia-
lecticus simpliciter dixisset, concordia utilem esse
hominibus, quia Deus iuuet concordes, sed addi-
dit Prophetæ similitudinem de Balsamo & rore,
ita Dialectica exærpet ex oratione longa summam
argumenti, & ornamenta detrahit, ut intueri nu-
dam rem proprius possis, & expendere utrum rea-
cte inter se omnia cohærent.

DE QUESTIONIBVS.

Cum Dialectica viam ac rationem tradat expli-
candi obscuras causas, principio in omnibus nego-
tijs considerandum est, utrum de una uoce litige-
tur, an de integrâ oratione. Nā quæstiones aliae sin-
gulis uocibus constat, aliae integrâ oratione. Est au-
tē a Grammaticis petendū, quid sit integrâ oratio,
nempe quæ planâ & integrâ sententiam nomine ex
uerbo

PHILIP. MELANCH.

uerbo effert. Hic de una uoce queritur, cum dispu-
tatur quid sit religio, quid fortuna, quas habeat par-
tes religio. Porro ad simpliæ uoces explicandas,
duæ Dialecticæ partes comparatiæ sunt, formula
definitionum & divisionum. Hic monendi sunt pu-
eri, ut cum aliqua de uoce controversia oritur, sta-
tim recurrent ad formulæ definitionum & divisi-
onum tanquam ad sacram ancoram, ubi rationem
inuenient excutiendi uocabuli, sed paulo post hu-
ius rei exempla proponemus. Hic uero de oratione
litigatur, sit ne pium bellare, iure ne Cæsarem Bru-
tus & Cassius occiderint. Tertia Dialecticæ pars
uidelicet formulæ argumentorum, ad excutiendum
hos genua quæstionum pertinet.

Lud. Dabri.
Gen. præcept. et
Cass. agt.

DE DEFINITIONE.

Ita sunt inter se cognate artes, ut subinde quid-
dam mutuentur aliæ ab alijs. Dialectica enim mu-
tuatur proprium sermonem a Grammatica, pro-
pterea initio disputationis prestandum est, ne quis
uox ambigua, aut πολύωνυμος negotiū faciat cō-
certantibus de rebus, sēpē numero autem fit ut de
uerbis

DIALECTICA.

uerbis tantum, non de rebus acuti homines inter se dissentiant, ut Stoici uerbis dissentiebant a Peripateticis, cum προκατέβων contulerent appellanda esse quædam, quæ bona uocabant Peripatetici.

Proprietas definitionis Fearunt igitur Dialectici duo genera definitionum. Primum genus, definitio nominis est, *definitionis nominis* ea simpliciter ἐπιμολογία uocabuli est, seu *definitionis nominis* narratio qualiscunq; qua de uoce constituimus, *definitionis nominis* qua significatione uti uelimus, ut cum paciscimur quid sacerdotem uocare uelimus, diaconum ecclesie, an eum qui ius habeat placandi Dei, rogandi aliquid etc. Sic cum de Christiana iustitia disputatur, constituendum est initio, que uerbi uis sit. Nā iustitiae nomen alias complectitur omnes uirtutes, alias significat unam certam speciem, alias tandem significat imputationē seu approbationē. Sepe utuntur sacre literae nomine Benedictionis, est ergo uis uerbi explicanda, cū in disputationem insciderit, significat enim Benedicere suare, iuuare, fortunare, ut in Encomio concordie, ibi, Mandauit Deus benedictionem, id est, concordes iuuat Deus, fortunat eorum consilia et actiones. In hunc usum

PHILIP. MELACH.

u sum p ræperunt de definitione nominis, ne sermonis uitio disputatio obscuretur. Ad hanc rem utilis est cognitio phrasis earum linguarum ex quibus controversia nascuntur. Et tanquam pacisci inter se hi, qui de serijs rebus dissentient, ante debent, quomodo uerbis uti uelint. At sepe fit in grauijissimis negotijs, ut alter alterum ludificetur amphibolia uerbi, sic Pelagus imponebat aduersarijs, cum uarie utbatur uerbo Gratia.

DEFINITIO REI.

Definitionis rei Cum de nomine conuenit, traduntur et rei definitiones, Est autem rei definitio oratio, que rei partes, aut caussas, aut accidentia exponit. Postquam enim conuenit adpellatione penitentia significari mutationē uoluntatis immelius, postea per sensenda sunt partes illius mutationis. Contritio, fiducia &c. Sunt autem multæ formulæ definitionum huius generis, quas paulo post enumerabimus. Nunc quia sermone res explicitur, et plurimq; uerbis communioribus angustiora uocabula declarantur, initio artis Dialectici uocum ordines tradidere.

DIALECTICA.

DE QVINQVE VOCIBVS.

Gradus quosdam uocum Dialectici fecerunt, quibus discerni possint cōmuniōra uocabula ab angustioribus, id eo perinet ut signate ac perspicue res efferaamus. Infelicitē enim doceant, qui in definiendo uerbis utuntur nō satis ad rem appositis, ut cum definunt hominem bipes animal esse, cū sint & galline bipedes, ridicula definitio est. Porro gradus uocum sic uocant, genua, speciem, differen-
tia, proprium, accidens. Hęc tum uniuersalia appellant, id est communia nomina, tum prædicabiliā, id est, uoces quæ alijs uocibus explicandis tri-
buuntur, ut si quis dicat, bellum esse partem officij magistratus, hec interpretatio prædicari de bello dicitur. Nos sic numerabimus. Pri-
mus uocum gradus est, ut ab infinitis & tanquam ἀπὸ γραμμῆς ordiamur, indiuiduum, sic appelleant id, quod grammatici proprium nomen dicunt, unius tantum rei appellationē. Nam aut unius rei una aliqua est appellatio, ut Buœphalas, aut ita circumscribimus, ut perspicuum fiat nō significari multa, ut Cherilus Poeta apud Alexandrum.

DE

PHILIP. MELANCH.

DE SPECIE.

Ab indiuiduis proxime colligit mens unam quandam formam, ut cum uideris multos equos circumfers animo impressam imaginem equi, & tanquam pictum simulachrum, ut ubiq; gentium agnoscas equum. Eam imaginem Dialectici speciem appellant, nam in sermone, ut res quæ alioqui in infinitum patrebant, in summam contraherentur, he forme nomina habent. Estq; species nomen communis proximum indiuiduis, ut si queras quid sit Buœphalas, respondebitur, equus. Nam com-
munibus uocabulis angustiora declarantur, uerum proximis tamen utendum erit. Plato uocauit Ideas, quæ Arostoteles οἰδη appellat, ut Architectus habet in animo imaginem domus inclusam, quam in edificando imitatur, Pictor speciem mulieris eximiā, ad quam in Helena pingenda manum dēredit. Sunt autem he forme, non ut quandam inscholis inepti quidam docuerunt, res extra intellectionem, sed cogitationes quæ informant ciuismos simulachrum.

DE GENERE.

Genus

DIALECTICA.

Genus, est nomen commune multis speciebus,
ut animal homini, equo, leoni. Vxor matris familias
et concubine. Nam si queras, quid sit leo, responde
debitur, animal. Si queras quid sit Narcissus, re
pondebitur, flos. Nam questio quid sit, ad Genus
et Speciem pertinet.

DE DIFFERENTIA.

Differentia, est nomen quod cum Genere et
Speciem constituit, seu quod species eiusdem
generis discernit, ut, homo est animal habens men-
s, ibi mentem habere, separat hominem a reli-
quoque animalibus.

DE PROPRIO.

Proprium, est nomen quod competit uni
speciei tantum, id est, uniuerso, ut, loqui, numera-
re, canere, competunt homini tantum, id est, ita, ut
omnes homines sint idonei ad loquendum, canen-
dum etc.

In scholis docuerunt Differentias partem rei
significare, ut mentem habere. Nam mens pars
est ho-

PHILIP. MELANCM.

est hominis. Proprium uero artum officium spe-
ciei, ut numerare. Sed quia fere ubiq; differentias
verum per officia aut accidentia περιφρασικως
circumloquimur, nos proprium quod uocant, non
admodum superstitione separabimus a differentia.
Nam & Aristoteles in Topicis proprij nomine
Differentiam complexus est. Matrem familias
definit Ciceron uxorem, que uenit in societatem bo-
norum, Concubinam uero, que non uenit in socie-
tatem honorū. Hoc loco societatem honorū, Diffe-
rentiam uocabimus. Item, Rex est Magistratus,
qui unus rerum potitur, & ex artis legibus Rem-
publicam administrat. Genus in hac definitione,
Magistratus est, unum potiri rerum, differentia
est, que Regem ab alijs speciebus magistratum
separat. Administrare Rem publicam ex artis le-
gibus, differentia est, separans Regem a Tyrano-
no. Proinde, Differentia uocabulum est, quod
quoquo modo speciem a reliquis speciebus diserto
separat.

Hic quoq; pueri docendi sunt, quod uerba
in definitionibus significant, potentia, Homo est
qui loquitur, id est, qui loqui potest.

B

ACCIO

DIALECTICA.

ACCIDENS.

*Accidens est nomen significans quiddam, quod
est ad ipsa reum adessum, tum detrahi alteri potest, ut calor
propter subiectum adesset, tum detrahi alteri potest, ut calor
ad essentiam, que uel adesse potest, uel detrahi. Quanquam
longe minus autem sepe accidentia ita hincant in substantiis,
Ag. 2. ut re ipsa nunquam separantur, ut in igni calor, in
cygno albedo, in corvo nigredo, tamen ratio separat, & peruidet non esse substantiae partes color
rem, album, nigrum, cum alijs corporibus alias
adssint, alias admantur.*

Questio quid sit, querit de specie ac genere.
Questio quale sit querit de differentia, proprio
& accidente.

REGULAE.

Iam hoc uidendum est, quae utilitas colligenda
sit ex his uocum gradibus, illa uero offeret se paulo post in definendo. Sed interea hoc animaduer-
tendum est, genus, speciem, differentiam seu pro-
priū, ita esse cognata, ut necessario cohærent, ut
homo est animal, homo est animal mentem habens,
homo est animal quod loqui, numerare potest.
Que omnia ita sunt connexa, ut diuelli nō possint
& ut paulo post docerimus, ex Genere, Specie, et

Differen-

PHILIP. MELANCH.

Differentia seu Proprio conficiuntur necessaria
pronunciata, sed accidentis non necessario cum alijs
cohæret, ut Phalaris est Tyrannus, Cæsar mode-
rate utitur uictoria. Quanquam enim accidentia
sepe ita cōmitentur res, ut diuelli ab illis non pos-
sint, sicut umbra corpus comitatur, tamen ut cor-
pus aliud quiddam est, aliud umbra, ita aliud acci-
denta sunt, aliud substantia. Et in longis contro-
uersijs diligenter considerandum est, quid ad rei
naturam, de qua differit propriètate pertineat, quid
extra causam dicatur. Id autem iudicare nulli
poterunt, nisi intelligent cognitionem generis, spe-
ciei, differentie & accidentis.

DE PRAEDICAMENTIS.

*Sed prædicamenta sunt certi quidem ordines
uocum inter se cognatarum. Estq; hec suæ
definitiones, quecumq; uox incipit, atq; nolle
nu mutuamur definitiones, quecumq; uox incipit, atq; nolle
derit, de cuius natura dubitatur. Prudenter
autem & res omnes, & vocabula omnia in
hos ordines docti homines distribuerunt.*

Bij a suba

D I A L E C T I C A .

Et a substantiis accidentia separarunt, et classes quasdam rerum fecerunt, ut uniuersitate oratione dicim in animo concipere possent, et distingui quae cunq; de re, in promptu haberent definitionem, et statim in his tabulis cernerent, quid singulus rebus cognatum sit, quid alienum.

Nomen **Katopria** a foro sumptu est, et significat accusationem, ut enim in accusatione uocis esse est aliquid certi dici de reo, ut Verres est fur, ita in omni propositione aliquid de alio dicitur. Et in his uocum classibus ostenditur, que uocabus la quibus tribui apte possint, ex quam uarijs modis iungantur uoces. Alius enim modus est, cum dico uirtus est motus animi, Alius modus est cum dico uirtus est utilis. ideo hi ordines dicuntur **Katopria**, quia ostendunt hanc uarietatem aliud de alio dandi, Boetius uerit predicationes, Fortasse plenus est. Accusationes, ita enim intelligi possunt, uocabulum a foro sumptum esse, et requiri hic diligentiam, qualis in foro ac iudiciis adhibenda est, ut proprie et apte aliquid de alio dicatur. Est autem Architas autor eius libri predicamentorum, qui inter Aristotelicos existat, et fecit ipse operi

P H I L I P. M E L A N C H.

operi titu $\ddot{\nu}$ τετραπλού καθίστα λόγων, quia sine communes loci, ex quibus oratio de omnibus rebus sumitur. Simplicius Aristotelem scribit primum καθηππίας appellasse decem illa capita uocum. **Substantiam**, **Quantitatem**, **Qualitatem**, **Locum**, **Temporē**, **modo**, **situm**, **habitum**, **actionem**, **passione**. **nam**. Quintilianus fecit has formas statuunt, se tamen enim per omnia praedicamenta, que cuncte res proposita fuerint, eundum esse, ut si de uirtute dicendum sit, primum Substantiam executiendam esse, quid sit uirtus. Deinde Quantitatem, quamcum sit, seu quas partes habeat. Tertium, qualis sit **egregie** ne sit. Quarto, utilis ne sit. Quinto, ubi sit, in animo ne. Sexto, quando, in qua etatem cadat. Postremo, quid agat seu efficiat. Sic illi omnes uoces sine discrimine per omnes Categories errabant. Nos malumus communem consuetudinem scholarum sequi, et singulis Categorij, singulos ordines uocum assignare, et tanquam cuique uoci certum domicilium tradere et non modo uocabula, sed rerum naturas discernere, et cogitatione substantias ab accidentibus, accidentia a se mutuo disuellere. Porro, quam ut licet adserat predicatorum cognitione colligi potest ex his, que diximus,

S V B S T A N T I A.

C O R P O R E A.

M I X T A E X.

D e u s

A n g e l i.

A n i m a.

F u m i.

I g n i s, A e r,

A q u a, T e r r a,

B illij Hic et

I N C O R P O R E A.

A N I M A T A

I N A N I M A T A, ut L a p i d e s, u i t r u m,

S E N T I E N S. N O N S E N T I E N S

g e m m e, A d a m a s, H y a s c i n t h u s,

A n i m a l

R a t i o n a l e, I r r a t i o n a l e P l a n t e, H e r b e, N a c r i f f u s, a r a

H o m o,

L e o, b o r e s, f r u t a e, & c o n t r a r i a

P l a t o.

A s i n u s n o m i n a, m o r i u s t r i k u s.

N u c & p a r t e s s u b s t a n t i a r i u m r e f e r e n d e s u n t, u t p e s, m a n u s, a c p u s.

D I A L E C T I C A.

*mus, suppeditant enim omnium uocum definitio-
nes, sed cuiusq; uocis definitio ex suo ordine, tan-
quam ex sua ciuitate petenda est.*

D E S U B S T A N T I A.

*Substantia alię significant substantiam, alię acci-
dentialia. Substantia est, que fulcit & sustinet acci-
dentialia, ita ut plerisq; uel abiectis uel mutatis, tamen
non neesse sit id, quod illa sustinet, mutari, ut, aqua
manet, uel cum calet, uel cum friget. Et ut substan-
tia non exuat omnia accidentia, quibus recta latet,
tamen ratione possunt ei detrahi. Verum ut cog-
noscere Substantiae possint, in tabulis spectandas pro a-
ponemus, et a summo genere ducentus eius species.*

*Sed priusquam aspicias tabulas praedicamento-
rum meminisse oportet, primam uocem inter omnes
uoces esse nomen Ens, seu res. Dialectici maluca-
runt uti nomine Entis. Deinde seitas Enti esse sub-
iectienda hec duo. Substantiam & Accidens. Ac
prodest hunc uocum ordinem tenere, ut sciat mens
in explicatione uocabuli quousq; progredi, et ubi
resistere oportest. Nam cum speciem aliquam in
genera & differentias resolueris, tandem perue-
nies ad Entis nomen, in quo resistere oportebit.*

S U B S T A N C A

DIALECTICA.

Hic est ordo substantiarum, unde cum inciderit aliqua de substantia disputatione, definitio colligenda est. Nos differentias specierum infinitarum non appossumus, quod ea sere per accidentia circumloquamur, ut. Ignis est corpus simplex, calidum & siccum. Aer est corpus simplex, calidum & humidum. Adamas est gemma candida, tanta duritate ut scindat alias gemmas. Si de anima quaeras, uides nos posuisse inter substantias in corporeas. Erit itaq; sic definienda. Anima est substantia incorporea, pars substantiae hominis. Nos peculiarem substantiam ex separabilem a corpore facimus, Virgilius sensit esse uitales spiritus, qui sunt in sanguine, Purpuream uomit illa animam. Idem senserunt, qui animam ignem esse dixerunt, Virgi. Igneus est illis uigor. Nam uitales spiritus sunt calidi & humidi, & qui harmonia esse uoluerunt, qualitatum temperaturam animam uocarunt. Reliqui ordines accidentium sunt quae quia cogitatione diuulsi mus a substantijs, per se iam nobis consideranda sunt, sine subiectis in quibus herent. Fit enim sepe ut de accidente aliquo sine persona dicatur, ut cum de virtutis natura & dignitate disputatione, sine personæ alicuius mentione.

PHILIP. MELANCH.

mentione. Sunt autem monendi pueri duplicit homines ab accidentibus nasci. Substantia, nudas formas significant sine subiecto, ut albedo, poetica, lex. Et his utimur in his ordinibus. Nam accidentia detracta a substantijs per se consideramus. Vocantur autem uulgo a Dialecticis abstracta. Adiectiva, nomina formes cum subiectis significant, ut albus paries, sic & poeta. Dialectici uulgo concreta adpellant.

Ad extremum hoc monendi sunt pueri, duplicit uisum esse uocabuli Substantia. Nam in hoc predicamento Substantiam uocamus, naturam aliquam, per se existentem. At, aliquando abutimur nomine Substantia, cum de accidentibus loquimur, & substantiam adpellamus, cum ipsum accidens per se consideramus, sine circumstantijs, ut cum dicimus de substantia legis esse, non repugnare iuri naturæ. Ita pro definitione, aliquando substantiam, aliquando essentiam dicemus.

DE QVANTITATE.

Quantitas primum locum habet inter accidentia

DIALECTICA.

tia. Tribuit Aristoteles quantitatem omnibus ijs que diuini possunt, et scribit proprium esse quantitatis diuidi. Idq; a quantitate tum substantiam, tum qualitatem mutuari. Prout de ita definiemus. Quantitatem esse que proprie diuiditur, sicut magnitudo in spacia, numerus in unitates.

Fecerunt dupliam quantitatem, Continuam & Discretam. Continua est, cum querimus quantitates sit. Discreta, cum querimus quot sint.

CONTINUAES SPECIES.

Linea, est longitudine sine latitudine ex profunditate. Quanquam enim separari haec non possint, tamen lineam vocamus, cum solam longitudinem concipimus. Superficies est latitudo sine profunditate, sicut enim ab unitate numerus originatur, sic a punto linea, a linea superficies ex linea clauditur. Corpus est longitudine cum latitudine & profunditate. Nomen corporis hic solam magnitudinem significat cogitatione separata a subiecto.

PHILIP. MELANCM.

Io, quemadmodum Mathematici corpus vocant, qui non de substantia, sed de magnitudine directe enda loquuntur.

Discretæ species, numerus est. Addiderunt orationem, cuius natura non est absimilis numero, quia numerat uoces ac sonos. Sed ut in omni uita preceptum, Nequid nimis, scruari iubent, Ita in docendis pueris maxime mihi uidetur praestandum ne artes obscurerentur nimio studio argutiarum. Itaq; hanc de oratione disputationem relinquo, orationem uoci, que inter qualitates reponuntur, subijciam, crasse forsitan, sed ego pingui Minerua cupio. Dialecticen tradere. Non late patet in ciuibus disputationibus usus huius predicationi, itaq; no com morabimur hic diutius.

DE QUALITATE.

Q U A L I T A T E S.

M A B I T U S P R I M A S P E C I E S.

Animis.

Corporis, ut palestria, saltatoria.

Intellectus dicitur Notitia

Volumatis, sunt habitus qui inclinant ad agendum.

Iusticia, liberalitas, fortitudo, temperantia, gratitudo, amicitia.

Fides est firmus assensus pro missioni diuinorum, ut affinitati Christi promoventem remissionem peccatorum, fides est.

Et de hac fide proprie logitur scriptura, cum fidem prae dicat. Et huc

*Notitia complexi
dicitur affitius*

Scientia est certa notitia

*seu firmatus assensus demonstrationis, hoc est
propositionum necessario coherentium. Ars est*

*Opinio est inter
et notitia seu ha-
bitus affitius.*

*Huic scientiae est
suppositio.*

*que scientiam ad usum
accommodat. Hoc pro-
prie*

Q U A L I T A T E S.

proprius sensit Aristoteles Et hec fides proprius in discernenda arte et sci- significat fiduciam in mis- entia. Medicina est scien- s ricordis, hoc est, tia, quatenus querit de- motum voluntatis, quo monstrationes, causas, et acquisitum voluntatis con effectus. Sed ars est, que gratia misericordia,

hac applicat ad singula- ria, et alias aliter accom- modat, pro diu rsitate cir- cunstantiarum. Architecto- nica est scientia, quatenus in ipsa geometria querit demonstratioes. Sed ars est quatenus accommodat precepta ad edificationem. Arithmeticus speculativa, Scientia est, illa uero uulgaris practica, ut vocant ars est. Diulectica est scientia, quatenus suorum preceptorum demonstrationes habet. Ars est, quatenus precepta ad usum accommodat. Scientia circa universalia versatur, ars circa singularia. Sicut scientia et ars differunt, ita differunt sapientia et prudentia.

Quidam

DIALECTICA.

Qualitates sunt forme omnes quæ sensibus subiecte sunt, præter quantitatem, sed aliquanto latius patet qualitas, quam ut haec puerilis definitio, quam modo tradidimus, satis sit. Sunt autem qualitates per instrumenta actionum, seu uires, quibus in agendo substantiae utuntur, ut calore agit ignis, Sunt item animi qualitates, ut per Rhetoricam perspicere dicitur, per iustitiam recte discernitur. Magnus usus huius praedicamenti est in omnibus causis et credo hinc petuntur definitiones, quare et nos locupletiores ordines hic instruemus.

SPECIES QVALITATIS.

Primam speciem qualitatis fecit Aristoteles et ipso quod habitum nostris, alijs habilitatem manuerunt. Nam Virgilius uidetur et ipso definitissime, cum ait, et membris habilis uenit uigor. Est enim et ipsa qualitas uel animi uel corporis, consuetudine agendi pars, qua faciliter et certius aliquid agimus, sicut palestrica corporis et ipsa est, qua ictus regitur, et certius ferit. Ars pingendi est et ipsa, qua manus assueta est, ut certius pingat. Diximus autem et ipsa consuetudine agendi effici-

PHILIP. MELANCH.

Si effici, sed necesse est in natura instrumenta actionum esse, quomodo enim pingat cæcus aut aliquis truncatis manibus, sed in plerisque non sola exercitatione, sed etiam naturali quodam impetu nascuntur et iesi, ut in uirtutibus heroicis fortitudo non ex sola exercitatione in magno imperatore, sed ex diuino quodam impetu naturali oritur. Poetica in bonis poetis ad eundem modum naturali quodam impetu constat, ad quem tamen accedere exercitationem oportet, is impetus recte ex appellatur et est diuinus motus, quo excitatur ad agendum animus, et efficietur iesi.

Dixi quid sit iesi, nunc species recitabimus quarum definitiones, quia species cadunt in ciuiles causas, diligenter sunt obseruandæ. Videbis hinc et Ciceronem mutuatum esse definitionem poetices pro Archia, cum sic ratiocinatur, Poetas esse honore afficiendos, ergo retinendum esse in urbe Archiam. Antecedens probat ex definitione artis, Poetam natura ualere, et mentis uiribus excitari, et quasi diuino spiritu afflari.

Quemadmo

DIAL ECT ICA.

Quemadmodum supra monuimus substanciali deprehendi ex accidentibus, Nam maluam ab Absynthio figura ex sapore discernimus, ita rursus accidentia discernuntur per subiecta, ita multas operas tradunt inter se accidentia ex subiecta. Est itaq; obseruandum in definiendis accidentibus, in qua re singula hærere possint. Hinc enim differentie accidentium patentur, Adparet enim alia propria corporum esse, ut. colorem, alia propria, animi, ut religionem. Colligemus itaq; species habitus, sic enim ex Cicerone &c ipso uocat, et tum definitum partitur hoc modo. Habitum appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem. Sunt itaq; habitus alij animi alij corporis. Qui in animo hærent alias, ad intellectum pertinent, ut artes, seu scientiae et prudenteria. Est enim ars cognitionis rei longo usu confirmata ex certis principijs certas conclusiones colligens. Sicut enim lana sepe tincta novo colore inficitur, ita mens sepe eadem de re cogitans, induit rei cognitionem tanquam colorem. Est enim ars uelut color quidam mentis, seu ut in cera signa imprimimur, ita menti rerum simulachra imprimentur.

Hinc

PHILIP. MELANCH.

Hinc miutuatus est uetus poeta uerficuli m.
Sophiam me graij uocant, latini sapientiam.
Vesus me genuit pater, mater peperit Memoria.
Et Quid. Solus & artifices qui facit usus erit.
Animaduerterunt n. tum demum artem effici, cum
sepe idem cogitassimus, seu cum longa consuetudine alte in animum rei uestigia impressa essent.

Aristoteles artem tribuit mechanicis, scientiam speculabilibus, prudentiam practicæ materie, ut uocant, sed nos hic non discernemus illas uoces usq; adeo subtiliter. Nam et latini ueteres, et græci sepe utuntur artis nomine, pro scientia. Tantum hoc obseruent adolescentes, quid proprie artem seu scientiam appellant, prodest enim id scire, ut facilius animaduertant que sint in doctrinis certa, que sint incerta. Nam ea demum habent proprie artis appellationem, que demonstrationes continent, id est ubi necessario sequuntur ex certis principijs certæ conclusiones, sicut fit in Arithmetica et Geometria. In medicina sunt certa quedam principia, ex quibus certæ quedam conclusiones sequuntur, atq; eatenus sciencia seu ars est, sed preter certas conclusiones, multis habet uerisimiles sententias,

C sententias,

DIALECTICA.

tentias, & conjecturas, quarum noticiam uocant opinionem, non artem. idem iudicari de scientia iuris potest, que ad eundem modum habet quaedam firmas & certa principia, ex quibus certe quedam conclusiones necessario sequuntur, atque etenim uero scientia seu ars dici potest, sed per necessarias conclusiones, habet multas incertas & verisimiles conclusiones, quarum noticiam opinionem uocant. Fabius libro secundo definitio arte ait, eam constare ex preceptionibus consentientib. et coexercitatis ad finem utilitatem uita. Hec definitio proprius grecismos sub obscurâ est. Est. n. a grecis sumpta, Nam apud Lucianum extat his uerbis, Τέχνη ἡστὶ σύσκυα, ἐγκαταλήψεωρ ἐγγεγμανοσμένωρ. προσ τι τέλος εὐχρηστῶρ τῶν ἐνί τι, id est. Ars est ordo certarum propositionum, exercitatione cognitarum ad finem utilitatem in uita. Vocat enim ἐγκαταλήψεως propositiones certas & firmas. Nam. κατάληπτα sunt, que certa comprehenduntur, ut ex Academicis questionibus Ciceronis adparat. Et quia ars usum fit, addidit exercitatione comprehensas esse. Nam usus lumen adfert preceptis, & facit, ut fancilius sequamur praecepta in agendo. Postremo, omnis

PHILIP. MELANCON.

omnis ars debet utilitatem aliquam adferre, Ideo postrema particula definitionis, de fine adiecta est.

ARTES.

Grammatica. Rhetorica. Dialectica. Mathematica &c.

Querat aliquis unde differentie harum artium petantur, Respondeo ab officio esse petendas, sicut plurius accidentium. Rhetorica officium est elocutio. Dialectica iudicare recte ne coherent argumenta. Arithmeticæ numerare. Geometria metiri magnitudines.

Prudentia est habitus qui secundum rectam rationem deliberat & iudicat, sicut ille ait. Tanto me impensus equum est Consulere, atque omnes fortune expendere casus, quasi dicat. Quiatus affectibus indulges, qui cum recta ratione & consilio pugnant, me consulere oportet secundum rectam rationem. Recta ratio, est cognitionum earum sententiârum, que natura sunt omnium animis inscriptæ, ut. Neminem esse ledendum. Gratiam esse reddendam bene meritum. Obtemperandum esse

Cyndia

DIALECTICA.

magistratibus et parentibus, sicut enim oculi naturaliter uident, ita mens natura sic sentit, tum cognitio est aliarum legum diuinarum seu humanaarum.

Sub prudentie nomine ponî potest vocabulum Legis, sed quatenus significat sententiam quandam. Nam cum propriissime loquimur, non est simpliciter nomen absolutum, sed relatum, quia significat sententiam aliquam, sed ita, ut sit posita a legislatore, aut comprobata consuetudine.

AD VOLUNTATEM PERTINENT VIRTUTES.

Virtus, est habitus qui incitat ad agendum secundum rectam rationem. Iustitia est virtus qua suum cuique reddit. Sic enim ex iuris consulti scripserunt, esse constantem et perpetuam uoluntatem, id est, que inuitetur certam quandam et immutabilem sententiam natura hærentem in animis, quæ docet et dicit suum cuique reddendum esse. Ut enim Architectus scit, domum semper ex fundamento, testo, et parietibus, construendam esse, ita Iustitia semper suum cuique reddi uult, sed quicunque admodum

PHILIP. MELISSUS
admodum areæ uarie sunt, ita casus uarinat.

IVSTICIAE SPECIES SVNT.

Pictas, qua ius suum cognatis, item magistratibus tribuimus, nempe honorem.

Gratitudo, qua reddimus pro officio officium.

Amicicia, qua reddimus pro benevolentia mutua benevolentiam. Cognata his Beneficentia est, qua gratis benefit alijs. Sunt enim in uniuersitate natura sic omnia inter se deuincta, ut alij aliorum opere indigeant. Iuxta illud Xeis Xeipoc vitæ Tei.

Inter Iusticie species etiam Religionem numerant. Est enim Religio, qua Deo reddimus id, quod debemus, uidelicet timorem et fiduciam erga illum.

Fortitudo virtus est, qua uel aduersa repellimus, uel dolorem in perferendis aduersis moderamur, uel letitiam in secundis rebus frenamus, ne quid turpiter leticia aut dolore permitti faciamus. Sicut Hera, dixit.

S E C T I C A.

Aequam memento rebus in asperis.
Seruare mentem, non secus in bonis.
Ab insolenti temperatam leticia.

Modestia est uirtus, qua in nostra de nobis
existimatione, sermone, gestu, et uoluptatibus mo-
uet nos, ut nature ex legibus obtemperemus.

Has definitiones posulmus, ut ad earum ex-
emplum definiret studiosi reliquos habitus quos
prætermittimus. Nam perseguiri omnes species
virtutum, Item, uitia omnia, nam huc etiam uitia
reponuntur, nimirum longum fuerit. Sed est ob-
seruendum hoc, quod supra diximus, quosdam ha-
bitus non tantum nostro conatu, uel ut aiunt, no-
stro Marte parari, ut ingens robur animi, ex de-
ficientia mortis, non tantum a nobis efficitur, sed
naturalis quidam impetus diuinitus parit eam for-
titudinem. Sic ex de poetica ille dixit. Impetus
hic sacra semina mentis habet.

Habitus etiam sunt, durabiles affectus, ut Odia-
um, Inuidentia, Iracundia, Misericordia, Amor.
Sicut enim alij habitus sunt ex crebris actionibus.
Ita ista durabiles inclinationes contrahuntur ex
motibus

PHILIP. MELANCH.

motibus subitis, qui etiam sunt affectus, et perti-
uent ad ordinis Actionum & Passionum. Sicut
enim fit dolor corporis, ita oblatore aut incuda, aut
molesta uerberatur et mouetur animus ad eam aut
prosequendam aut fugiendam. Et sicut uerbera-
ratio corporis notam relinquit in corpore, Ita su-
bitus ille affectus relinquit habitum, quales sunt
amor, odium, &c. Atque ita apte discerni possunt
affectus, in subitos motus, et durabiles inclinati-
ones, Nec alibi commodius ponentur durabiles
affectus quam inter habitus. Subiti uero ad ordi-
nem actionum animi, seu passionum referantur.

S E C V N D A S P E C I E S.

Aristoteles secundam speciem facit, naturales
potentias, hoc est, inclinationes. Sicut in Ouidio
est naturalis potentia ad poeticen. In Iosquino ad
Musicam. In magnete ad trahendum ferrum. In
uino ad calefaciendum. In marrubio ad iuuandum
pulmonem, ad medendum tussi. Et cum in pri-
ma specie res nostra industria partas colloxit,
prudenter addidit alteram speciem, in qua recense-
ret eas uires, quae naturaliter ad agendum extin-
uit.

C iiiij lant.

D I A L E C T I C A.

lant. Prodest enim discernere ea que natura in-
sunt ab illis, que nobis paramus ipsi, præsertim
cum plurimum interfit inter habitus eos qui adiu-
uantur a natura et inter illos, qui non adiuuantur
a natura, ut Poeta admonet. Tu nihil inuita di-
ces, faciesue Minerua. Delirant autem non
nulli in scholis, qui has inclinationes negant in
qualitate poni debere, quia Substantia non posse
tas abiçere. Imo uero in rerum ordine fuit locus
aliquis constituendus his inclinationibus. Itaq;
Aristoteles in qualitate ponit, idq; aptiss. fit. Cete-
rum sepe alias uocat proprias passiones, quas hic
uocant potentias seu inclinationes.

T E R T I A species cõtinet qualitates, que
sensus proprie mouent, quas quia accidentia mu-
tuantur differentias a substantijs, ita discernemus,
ut singulis sensibus suam qualitatem assignemus.

Visum mouet color. Huc lux seu lumen et te-
nebrae pertinent.

S P E C I E S C O L O R I S.

Album, nigrum.

Fuscum, schuartz rodt.

Andromede patriæ fusca colore sue.

Ruffus

P H I L I P. M E L A H C.

Ruffus rodt.

Fuluum, goldfärb et leberfärb, ut fuluum
aurum, fuluuſ taurus apud Horat. fulue
nymbus arenae apud Virgilium.

Flanum bleichgel, ut apud Ouidium, Flauaq; de-
uiridi stillabant ilice mella. Item Virgi. Flauaq;
caput nectentur oliua. Apud Lucanum, et flauos
aquinone Suenos.

Spadix, Kastaneen braun.

Purpureus seu puniceus, duncelrodt, ut sa-
met seu braun, ut apud Horat. Puniceis inuenta
rosis.

Luteus, aurore color, gel. Mollia luteola pin-
git uacinia Caltha.

Ferrugineus, eisenfärb.

Gilius, facl, Virgil. Color deterrimus albis
et giluis,

Cæsius, groe.

Ceruleus et glaucus, grau und blau, lasur.

Venetus, blou, et Thalassicus.

Indicus, ex ceruleo et purpureo mixtus.

Viridis, porraceus et prasinus.

Eiunt colorum nomina a materia, minium, ce-

cru
russa.

DIALECTICA.

RUFFA. Item aliunde, ut hyacinthinus, crocens.

Auditum mouet sonus. Fit autem sonus corporis duobus collisijs.

Articulata, oratio.

Sonus, vox

Inarticulata, ut pecudum sonus.

Ut mugitus etc.

Cfactum odor mouet, ut suavis, ingratius.

Gustum sapor, ut dulcis, austerus, stipticus.

Tactum, calor, frigus, humidus, siccus.

Et cognate qualitates, ut glabrum, asperum.

Aristoteles fecit quartam speciem qualitatis, figuram, ut circulum, triangulum, quadrangulum etc. Hec malunt alij ponere in relationibus, quia sint partium inter se comparationes. apud pueros nihil opus est illa nimia subtilitate in docendo, sed mediocris quedam diligentia requiritur, ut e.g. que traduntur, ut non abhorreant a ratione, nec sint omnino absurdia. Quia igitur figura sensus mouent, recensentur et ipse inter quantitates.

REL.

PHILIP. MELANCH.

RELATIONES

Sunt rerum comparationes, que continentur in alijs praedicamentis, Ideo numerari non possunt relationes nisi ad res illas tanquam originem reuocate. Et meminercint scholastici, cum relatio uersetur semper inter duo extrema, quod hec vocentur, fundamentum, et terminus. Fundamentum est res a quo oritur relatio. Terminus est res, quam spectat, uel in qua definit respectus, sicut iuris consultus eruditus scripsit, Scrutitatem nullam esse, nisi in corpore aliquo. Ita semper querantur extrema relationum, ut si fiat mentio de seruitute agris, fundatum est ager, terminus, agere iter per agrum. Seruitus seu respectus inter hec, est ius agendi iter per agrum. Obseruandum est et hoc preceptum, quod maximu[m] in communi sermone, et in omnib[us] differentiationib[us] usum habet, q[uod] unicuique relatio respondet suum correlatum, quanquam saepe nomina defint. Ut pater, filius, gignere, gigni, favor, gratia. Favoris fundamentum est ipsa voluntatis actio, uidelicet bene uelle, Terminus est, is cui bene uult qui spiam, Respectus in medio uersatur, qui est uolumen tatis ad hoc obiectum applicatio. Econtra gratis mutuum respectus est.

EX SVB-

PHILIP. MELANCH.

Imperator Hinc fuit contractus.
 Miles Nam contractus est voluntatis
 Rex actus, quo transfertur res, aut
 Tyrannus. certe quo sit obligatio, ut res
 transferatur.

EX SVB STANTIA ORI VNTVR.

R

RELATIONES ORTE EX VOLUNTATIS
NATURALIBVS.

RELATIONES ORTE EX VOLUNTATIS
ACTIONIBVS.

Causa	effectus	Hinc fuit discriminatio
Pater	Filius	PERSONARVM.
Vita	Mors	Personae, cum voluntas eius qui precepit voluntate alij
Victus		RERVM.
Populus seu fo- culta respectibus	Dominus	Servus
est ad agendum	Patronus	Libertus
seu effectendum aliquid.	Tutor	Proprium
	Magistratus est perso- na a Dno constituta, ad punitiendas delicta-	Pupillus
		Lex
Scimus Populus	Pax	Ius
		Bellum
		IPNACTIO.

HORVM ALII SVNT.

Innominati Do ut des
 Do ut facias Facio ut des
 Facio ut facias.

Nominati, horum alij
transferunt rem.

Quo ad dominium
Emptio Venditio
Certo precio transfert,
haec est differentia se-
parans ab alijs.
Donatio sine precio.
Permutatio pro re certa.
Mutuatio ut recipiantur
idem in genere.

Quo ad usum
commodatio
Locatio
Pecarium
Referuntur ad hos
et alij εμφυτευμ
Tikos
Depositum
Pignoratio.

EX Q. VAS.

**E X Q U A L I T A T E
C A V S S A E F F E C T U S .**

Tantum enim substantia & Qualitas, uere possunt existere causae efficientes aliquid &c.

Ex noticia	Ex virtutibus	Ex qualitatibus
verum falsum.	Premium	corporis.
Verum est conuenientia noticie uel orationis ad rem.	Pœna	Tempera-
Doctor	Gloria	mentum
Discipulus	Honos	Sanum
Lex.	Concordia	Aegrum
Nam lex significat sententiam, qua aliquid precipitur aut prohibetur. Nec tamen simpli-	Discordia	
citer notitiam, sed talim, que auctoritate Magistrorum proposita obligat populum, propter hanc obliga-	Pax	
	Bellum	
	Fauor est relatio benevolentis ad illum, cui is bene uult.	
	Gratia correlatum fauoris, sed sacra litera usurpant profauorem, & quidem addunt relationem, qua excludunt meritum.	

PHILIP. MELANCH.

obligationem fit nomen relativum. Ius est potestas agendi secundum leges.

**E X O M N I B U S
speciebus.**

Bonum est quod conuenit.	Perfectum.	natura.
Imperfictum.	Simile	
Disimile.		

**E X T R I B U S P R I O R I B U S
speciebus ex istunt infinite actiones & passiones, ut docere, exhibere, rare, calefacere, iustificari.**

E X Q U A N T U M .

B O N U M .

Honestum proper se conuenit natura, ideo expeditur.	Vtile propter aliud conuenit.	Aequale Maius Proportio. Duplum Triplum, Dimidium, Contentum, tenuis, Tempus Locus, Velox, Tardus. Explicans

DIALECTICA.

Explicant et Grammatici relativi nominis naturam, quare facile hic poterit cognosci, que nomina ad hunc ordinem pertineant. Vocantur autem nomina superiorum classium seu praedicatorum absoluta, quia singula intelligi possunt etiam si non conferas ad aliud, ut albedo. Relativa vero ita dicuntur, quia non possunt sine collatione intelligi, ut similitudo intelligi non potest, nisi comparatione plurium rerum. Proinde, Aristoteles haec nomina προστιθέντες appellavit, quod semper ad aliquid referantur, nec sine absolutis concipi possint.

Primum hoc sciendum est, omnia nomina que in superiores classes referri non possunt relativae esse.

Secundo, Relativum nomen nihil aliud est nisi collatio rerum inter se, que quia ratione tantum fit, non sunt relationes subiectae sensibus, sicut alia accidentia. magnitudo aut color,

Tertio, cum relativae nomina comparationem tantum significant, adparet ita oportere definiri relativae, ut ea quae conferuntur, in definitione ponantur, ut Pater est qui habet filium, Magistratus est, qui iure regit populum.

Vides

PHILIP. MELANCH.

Vides itaque nomina huius ordinis uno tantum genere definiendi uti, Etymologia seu definitione nominis. Quia enim non res, sed rerum collationes significant, ideo non hic causae aliquae queruntur, sed ratio procudit haec nomina, et breviter definit, postquam res ante simpliciter intellexerit, ut cum definio, monetam esse argentum aut aurum certa estimatione, qua res permutantur. Nomen monetare non intelligit is, qui aurum et argentum profus non nouit. Et prius tibi Gn. Pompeius et Sextus noscendi sunt, quam definias hunc filium, illum patrem esse.

Proinde, cum duplex collatio sit, bina nomina plerunque sunt, que mutuo se se ostendunt. Aristoteles multum referre putuit, ut admoneret ad hunc modum sibi respondere relativae. Et est regula magnopere necessaria, in multis graib. controversijs iudicandis, quod unicuique relativo respondereat suum correlatum, quod si deest nomen tamen cogitari debet correlatum. Hoc Aristoteles sic extulit πάντα τὰ πρότι πόδες απτίσπιφον τα λεγεται, id est, relativae conuertit, ut mutuo se definiant, ut Magistratus est qui

D certo

DIALECTICA.

certo iure ciuitatem regit. Ciuitas est, quæ certiore a magistratibus regitur. Fortunam constat dicci, cum cventus non gubernatur nostro consilio. At ut scias quid sit fortuna, prius sciendum est a quo gubernentur illi cventus, qui accidentum præter nostra consilia. Hæc ideo diximus, ut scias res ante simpli, citius cognoscendas esse quam conferantur, et in definiendo relatio, fieri mentionem rerum quæ conseruntur. Vocantur autem res quæ conseruntur, fundamentum et terminus. Et quidem prodest ubiq; uidere unde oriatur relatio, et quo respicit, caussam enim collationis nemo intelligit, nisi uiderit ubi oriatur relatio. Nomen patris oritur in gignente, et genitum respicit. Et contra nomen filii oritur in genito, et respicit gignentem. Tales tanquam regiones nominum relatiuum diligenter prodest nosse. Cum de seruitute queritur alias aliud fundamentum est, Terminus est ducere aquam aut simile quiddam. Nomen legis fundamentalum habet honestam seu iustum sententiam. Terminus est, ferri a Magistratibus ad subditos. Fortune fundamentalum est, uoluntas Dei gubernantis res. Terminus cventus ipse.

Catalogus nominum relatiuum conficiendus est, in

PHILIP. MELANCH.

est, in quo adparebit, ex quibus fontibus omnia oriuntur. Ea res adfert magnam utilitatem ad recte definienda nomina huius ordinis, quæ quia plurima sunt, fit eorum mentio sæpe in causis ciuilibus, sæpe in quotidiano sermone. Fortunam quotusquisq; recte definit? At si hunc catalogum recte inspexeris, exacta definitio sepe offeret. Honorem uulgas esse dicit, magnificari multitudine, nec intelligit unde oriatur honos. At si inspicias hunc Catalogum, uidebis honorem collationem nostri iudicij et uoluntatis erga alterius merita et virtutes esse. Videbis enim honorem ex qualitatibus oriri. Huc respexit Cicero ad Planum, cum ait, Is qui iure adpellari potest honos, perpetuae uirtutis est præmium. Quotidie in templis canimus, Gloria in excelsis Deo. Hic meminisse decet, quid gloria significat. Nam cum gloriam Deo tribuimus, significamus quod bonus sit, quod respicit nos, quod uelit nos exaudire, et iuuare. Talis interpretatio etiam conscientias adsert consolationem, quia enim Deus iubet sibi gloriam tribui, certe uicissim pollicetur bona. Ad hunc modum naturas uocum relatiuarum multo rectius intelligit et tractabit

Di is is, qui

DIALECTICA.

te, qui ex quibus fontibus oriuntur animaduertitur.

Ex Substantia et Qualitate plurimae relationes oriuntur, sunt enim considerande substantiarum et qualitatum actiones, ita facile poterunt relationes reperiri. Substantiae naturalis actio est, gignere, Hinc sit nomen patris, cui est oppositum nomen filii.

Sunt et actiones voluntatis humane, quando cum alijs contrahimus. Hinc contractus nascitur, sub quo sunt.

Emptio,	Venditio.
Maritus,	Vxor.
Dominus,	Seruus.
Magistratus,	Ciuitas.
Senatus,	Plebs.
Potestas,	Consuetudo.

Ius. Significat enim ius, legitimam potestatem agendi. Alicubi pro legum cognitione accipitur, ut cum iureconsultus definit, ius esse artem boni et aequi. Supra admonui legem nomen relationum esse,

PHILIP. MELANCH.

num esse, significat enim rectam sententiam, sed et Legis auctoritatem possum. Sicut igitur nomen patris substantiam significat, et relationem gignentis ad genitum. Ita lex significat qualitatem, scilicet nos ticiam quandam, sicut sententiam et relationem fessentis legem ad subditos.

Ex qualitate. ut ex virtutibus præmium, gloria, honos, proprium enim virtuti tribuitur. Ex amicitia pax, bellum, concordia, discordia. Ex qualitatibus corporis, sanum et grum. Ex omnibus speciebus, similitudo, quæ est durarum qualitatuum collatio. Hic numero etiam bonum, quod significat quiddam naturæ conueniens. Malum quod naturæ non conuenit. Et uerum, ubi cum re consentit oratio.

Philosophi uocant transcendentia, Ens, unum, uerum, et bonum. Quia, sicut Ens commune nomen est omnibus praedicamentis, ita ueri et boni rationem in omnia praedicamenta spargi iudicant. Quidquid enim existit, cum concipitur in animo, eunq[ue] mens firmas et perpetuas ciuius causas certit, uerum est. falsa, quia nihil sunt, et cause

Dij firmæ

DIALECTICA.

firmo falsorum nullae sunt ideo mens ea improbat. Et in unaquaq; re boni quiddam esse iudicant. Vnum etiam, ideo inter transcendentia posuerunt, quod unam quanquam rem simpliciter non admixtam alijs considerari oportet. Quanquam autem haec disputationes Philosophorum mibi non displaceant, tamen nihil uerat bonum aut uerum inter relationes hic numerare. Nam binę mutuari possumus, et accommodare alijs praedicamentis, sicut nomen causa, aut effectus ex relationibus mutuamur, que ipse non minus late patent quam bonum aut uerum. Nam quidquid est, uel causa uel effectus est.

Ex substantia et qualitate, trahuntur relationis nomina, causa et effectus.

Ex Quantitatibus fiunt, aequale, inaequale, maius, minus, contentum, continens, locus. Nihil enim aliud significat locus, quam alteri corpori cessisse spacium.

Ex numeris, par, impar, duplum, triplum, proportio, tempus, quod est mensura motus, significat enim, uel durationem rei, uel mensuram durationis, ut, annus, mensis, dics. Et sic definiuit Aristoteles, Tempus mensuram esse motus.

DE AC

PHILIP. MELA HC. DE ACTIONE ET PASSIONE.

Poterant reliqua praedicamenta in relationibus comprehendendi, Sed quia placuit ueteribus, decem praedicamenta numerare, sequemur illorum auctoritatem & nos. Videntur autem docendi causa, a praedicamento relationis, hec que sequuntur praedicamenta separasse. Nam cum pene infinita multitudo sit relationum, maluerunt plures classes facere, ne si omnia talia nomina, in unam includeant, multitudine perturbarentur discentes.

Hic actiones et passiones collocarunt, supra nomina ex actionib. orta. Hic recensetur genere, digni, supra pater, filius. Atque hoc discrimen harum clasium tenere satis erit.

Est autem actio, relatio seu coniunctio ad id quod patitur. Econtra passio, coniunctio patientis ad agens. Pertinent autem ad hunc ordinem uerba et nomina uerbalia, significantia motus. Est autem motus, acquirere aliquem terminum. Species he sunt.

In Substantia sunt, generatio et corruptio. Generatio est motus ab eo quod non est ad esse. Corruptio ab eo quod est, ad non esse.

D iiiij in

DIALECTICA.

In Quantitate. Augmentatio, cum acquiritur maior quantitas. Diminutio, cum minor sit quantitas.

In Qualitate. Alteratio, cum alia qualitas acquiritur, ut calefactio, frigefactio, humectatio, defactio, denigratio, dealbatio, & huiusmodi innumera nomina. Huc & subiti affectus pertinent, irasci, misericordi, letari, quae sunt quasi sensuum & animi uerberationes.

Est & motus localis, cum aliud subinde spatiu[m] occupatur, ire, redire, currere. Huc & aliarum rerum uerba pertinent, ut edificare, belligari, scribere, pingere, canere, etc.

DE PRAEDICAMENTO QVANDO.

Aristoteles interrogatiuis nominibus discerit relatiuorum species. Hæc igitur uox, Quando, complectitur temporum differentias, ut sunt, hodie, heri, dies, mensis, annus. Supra autem dominus tempus significare, uel durationem rei, uel mensuram durationis. Huc pertinent & uoces simul,

PHILIP. MELANCH.

simul, prius, posterius. Quæ, quid significant aliud quam quandam collationem temporum inter se.

DE PRAEDICAMENTO VBI.

Vbi, complectitur locorum nomina, ut domi, foris, sursum, deorsum, in gymnasio, in templo, atq[ue] haec uoces, quatenus loca sunt, & continent corpora, intelligi debent, non quatenus uel figuræ uel edificia significant.

DE SITV.

Situs significat corporis positum seu statum, ut iacere, sedere, stare, supinum esse, pronum esse.

DE HABITV.

Habitus complectitur nomina uestium, quæ nemo ignorat relativa esse, ut, galea, torax, ocreæ, pileus, tunica, calcei. Sitamen non materiam aut figuram, sed rationem uestiendi, ac usum consideres.

D v Recens

D I A L E C T I C A.

Recensui prædicamenta, que cum traduntur, ad sufficiendi sunt pueri, ut propriam significacionem uocabuli discant intueri. Nam secundum eam significationem, que maxime propria est, unquam eis vox in sua classe ponitur. Ita igitur Aristoteles, cum absolvisset descriptionem prædicamentorum, adiecit quarundam uocum enarrationem, ut moneret in prædicamentis etiam diligenter et fugiendas et explicandas esse. Nostris hanc partem uocant, Postprædicamenta. Et cum Aristoteles pauca nomina exposuerit, putant nefas esse, si quis plura addat. Sed qui pueros docent, admoneant multo plura ambigua inueniri posse, que in hoc loco profit enarrare. Sciant igitur pueri, ea que uocant Postprædicamenta, nihil esse aliud, nisi interpretationem quorundam nominum ambiguorum.

Prius dicitur, non modo quod tempore prius est, sicut, prior est Romulus Numa Pompilio, sed etiam quod naturæ ordine prius est, etiam si tempore simul existat, sicut causa prior est effectus ordine naturæ.

Item, genera priora speciebus hoc modo dicuntur,

PHILIP. MELANCH.

tur, quia ordine precedunt. Dicuntur ex priora, que prestant dignitate, ut prior est Rex uic.

O P P O S I T A dicuntur quadrupliciter. Aut contraria, ut due qualitates pugnant inter se, calor et frigus. Aut relative opposita, sicut pater et filius. Non enim possunt simul in idem subiectum cadere, nemo idem dominus ac seruus est, pater ac filius, respectu ciuidem, sic enim loquuntur, id est, si conferas duas tantum personas inter se. Priuati opposita, sicut tenebra et lux. Nam priuatio significat abesse formam, que adesse poterat, sicut cæcitas significat uisu carere.

Postremus gradus est contradictionum, que tantum in propositiones cadunt, ut, Caesar est iure imperfectus. Caesar non est iure imperfectus.

DE VSV PRAEDICAMENTORVM.

Tamen si supra monuimus, quo consilio heteres omnium rerum nomina in has classes seu ordines distribua-

DIALECTICA.

distribuerint, tamen idem redigere in memoriam lectori hoc loco usum est, ut sciat quam utilitatem ex hac parte Dialectices petere debeat. Ideo hec nominum classes factae sunt, ut cum definire uoles, scias singularum uocum genera ubi inuenias. Plerique etiam generi uides, ascriptas differentias, quae tamen cum non sunt adscriptae, ex accidentibus colligi solent. Nam ex supra docui res rum differentias per accidentia nos circumloqui. Primum cum uocis alicuius definitionem uoles contexere, ad hos ordines uelut ad pœnum recurrendum est, unde materiam depromas, ita conducunt hi ordines ad definiendum. Sed ex aliâ utilitatem adferunt ad inuenienda argumenta, ad theses et hypotheses tractandas, ad querendas rerum causas, de qua utilitate infra dicemus in Topicis.

DE DEFINITIONIBVS.

Quid sit definitio rei supra exposui, num hoc docendi sunt pueri, in definiendo præstandū esse ut definitio ita fiat, ne aut latius patrat, aut sit angustior quam definitum. Non recte definias si dicas, Philosophia est humanarum et diuinarum rerum

PHILIP. MELANCH.

rerum scientia. Nam Philosophia quæ sic proprie appellatur, nihil certi docet de diuina voluntate erga nos, de prouidentia diuina in administrandis rebus, de immortalitate animi, Quare definitio latius patet quam definitum. Item si de seditione dictas, et tantum ibi exponas quam mala res bellum sit, non recte definias. Nam si dictio non est simpliciter bellum, sed est bellum sive cuiuscum inter se se, vel contra magistratum suscepta. Sunt igitur docendi pueri, ut in definiendo hanc cautionem ad hibent, ne definitio latius patrat, neve sit angustior quam definitum, sed signata ex adposito explicet definitum, Et sicut oculi certissimi testes sunt eorum, quæ ex propinquo cernunt, eaq; nobis per feliciter ostendunt, sic definitio debet perfecte rem exprimere, et tanquam oculis subiungere.

FORMULÆ DEFINITIONVM.

Primum genus definitionum est definitio essentie seu substantie, hec constat ex genere et differentia, ut homo est animal mentem habens. Eoctius putat utile esse ducere definitionem inde usque ad summum genus, ut homo est substantia corpora, animata.

DIALECTICA.

animata, sentiens, mentem habens, uolebat enīt ad sive facere imperitos ut cum in definiendo ad extreūam metā vocabulorum recurrerent, certius rem comprehendenderent, et ad primos fontes cuiusq; rei peruenirent. Nam ex summis generibus omnia vocabula mandant. In hoc genere definitiōnum non egreditur ex eo prædicamento, in quo definitum ponitur, sed ex eadem classe genus et differentiam deponi oportet, quia enim substantiae definitio est, explicat substantiam cuiusq; rei. Neq; uero ullius rei substantia distrahit in ducera predicatione. Hic mihi monendi sunt pueri nos ita ut nominibus substantie et essentie hoc loco, ut non tantum tribuamus ea iis rebus, que in primo prædicamento collocantur, sed essentie definitiones etiam accidentium sunt, cum uidelicet ipsa per se esse accidentia consideremus. Nam cum diuisimus a subiectis accidentia, solemus essentiam seu substantiam vocare, eorum naturam. Ita et accidentium sunt definitio[n]es essentiales composite ex genere, et differentia seu proprio, ut uirtus est habitus uoluntatis seu morum, bonus. Nam habitus genus est uirtutis, differentiae sunt, moralis habitus. Id enim distinguit uirtutem ab artibus

PHILIP. MELANCH.

artibus seu cognitione, et bonus distinguit a uitijs. Sed sunt pauciores definitiones huius formae, quia nomina multa propria nomina differentiarum extant, et plerumque pro differentijs accidentium congerie utimur.

Secundum genus definitionum, definitio causa salis est, neq; tamen nefas est ex superiori forma genus mutari, etiam cum ex causis definitiones componimus. Nam ad cognoscendam rem genus eius deprehendisse plurimum conductit. Deinde haec forma definendi cognata est superiori. Genus materiam significat, differentia formam, ut cum hominem dico animal esse mentem habens, quid aliud significat animal quam natura corpore animato constantem. Deinde mentem habens, significat ex anima rationali constare hominem,

Sunt autem causae quatuor.

Materia est, ex qua res fit, ut pannus.

Forma est, quam induit materia, ut tunica, ex panno facta, forma est.

Efficiens, est persona seu res faciens, ut sarcina uestem faciens.

Finis.

DIALECTICA.

Finis, est gratia cuius aliquid sit, ut uestis sit tegens
di corporis causa.

Licet autem uel ex omnibus causis, uel aliquibus componere definitiones, ut cervisia est potus ex aqua, ordeo, et lupulo coctus. Est et hac causalis definitio apud Demosthenem. Lex est inuentum et donum deorum, decretum uirorum sapientum, correctio delictorum, consulto uel in consulo admissorum, urbis commune pactum, secundum quod omnibus ciubus conuenit uiuere. Nam causa efficiens legis est Deus, qui insculpsit rationi nostrae sententias certas de moribus, seu quod vocant ius naturae, unde leges omnes nascuntur. Proinde, primum ait legem esse inuentum Deorum. Neque legis nim habere debet si quid constituitur, quod a naturali iure dissentit, qualia sunt, patrem senem mactare, item ne uxor marito superstes sit, que apud barbaros fiunt, Item alia Milesiorum lex, nemo nostrum frugi esto. Deinde in quo subiecto sint leges, aut quibus inscriperit Deus adjicit, cum ait, decretum hominum sapientum, id est, hoc diuinitus est acceptum, de quo inter sanos et prudentes conuenit. Nam Scythis etiam data est ratio, datum ius naturae, sed illi consuetudine

NATURALES.

Quae fiunt a naturalibus potestis et sensu, non a voluntate.

MOTUS.

Generatio, Corruptio
Augmentatio qua acquiratur quantitas.

Alteratio, ut calefactio
humectatio, curatio
Acquirit enim qualitatem. Huc pertinent et subiti motus affectuum ut irasci, letari, misereri etc. qui sunt quasi quedam animi aut sensuum uerberationes.

Huc pertinent actiones sensuum, ut uidere, audire, appetere, irasci, timere, dolere.

Valde commoda est hec partitio et omnes uidus et partes complectens, Ideo diligenter Sicut enim triplex uita est, Naturalis, Civilis, qua cum Deo propriagimus. Ita necesse est genera facere, Sicut et tria genera artium rerum, de ciuibus moribus et institutis, de sua spirituali.

PHILIP. MELANCH

Suetudine depravati, non animaduerterunt nec cernunt diuinum donum. Postea finalē caussam adiūcit seu officium, lēge corrigi delicta, postremo partem causse efficientis, urbis commune pātum. Nā nō statim omnis sententia de morib. lex est, sed illa ad quam se populus adstrinxit. Apud Athenienses mult abatur si quis viatorem de via in terrogantē se felliſſet, præclara et honesta lex fuit, sed nobis non est lex, quia ad eam se nostra ciuitas non astrinxit. Apud Persas capitalis fuit ingrātitudo, apud nos non est capitalis, quia magistratus nostri non constituerunt certam poenam adhucrōsus ingratos. Additur ex particula de cauſa finali, secundum quam omnes uiuere conuenit. Nisi enim legibus ex aequo teneantur, potentes, ex illis qui propter exiguae opes iniurie obnoxij sunt, magni motus existunt in rebus publicis, Ut Rome bellum ciuile exarſit ex eo, quod Iulius contra leges petebat consulatum. Sit igitur legum uis, ut iuxta omnes teneant. Huc etiam pertinent definitio[n]es relatiuorum nominum, quia omnia per carum rerum, que comparantur inter se, uocabula definiuntur, eas res possumus cauſas uocare comparisonum, ut ignem calefaciendi cauſam. Definimus

DIALECTICA.

niemus igitur quædam relativa nomina. Seditio est motus populi contra magistratus, ut apud Virgilium.

Ac ueluti magno in populo cum sepe coorta est
Seditio, sicutq; animis ignobile vulgus.

Ea definitio est, seditionem furorem vulgi esse, id est, motum non sumptis iustis armis, aut ex autoritate magistratus, sed aduersante magistratu. Deinde adiicit Poeta definitioni Schema hypotyposim. Iamq; facies et saxa uolant, suror arma ministrat. Sic enim pictor si seditionem seu urbanum motum pingerebat, in urbe tectis Principiū ignes iniici pingebat, et non iusta aie, sed temere, nec rite instructos, sed alios alio trahi genere cœcur vere contra magistratus. Ita uides quam apposite definiat Poeta iuxta præcepta Dialecticæ.

Deinde quam graphice ornat, iuxta Rhetorica præcepta.

Sed est copiosior famæ definitio apud Virgil. Nam cum fama sit late uagatus sermo, primum peruagationem describit genus famæ. Quo non uelocius ullum, Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo.

PHILIP. MELANCH.

eundo. Parua metu primo mox feso attollit ad auras. Ingrediturq; solo et caput inter subila condit. Deinde adiicit differentiam seu rem collatam, sermonem uidelicet, Tam ficti prauiq; tenax quam nuncia ueri. Inserta est definitioni pista, iuxta Poetarum consuetudinem. Monstrum horrendum ingens. Affectus etiam causis definitiuntur, ut gelidusq; per imia cucurrit, ossa tremor.

In hoc definitionum genere recenserri potest Fidei definitio, que extat in Epistola ad Ebreos Est de misis, ἐλπιζομένων θεός αὐτοῖς προφασίων, ἐλεγχοῦ δὲ ελεπομένων. Fides est expectatio sperandarum rerum, et certum argumentum non apparentium.

In hac definitione duo nomina loco generis posita sunt. Nam ex fidei nocabulum cognatas res duas continet, noticiam seu assensum, et firmam expectationem, eorum quæ Deus promisit. Ελεγχος fidei genus est ex prima specie qualitatis. Significat enim ἐλεγχος certissimam noticiam, re ita deprehensa, ut nihil

B ij dubite-

DIALECTICA.

dubitemus. Verbum Dei ita mouet pias mentes⁹ ut ea quæ fide cernunt, tam certa esse sentiant, quam sunt illa que oculis intuentur. Christus pollicetur, patrem his qui inuocant eum, opitulatum esse. Quanquam igitur in calamitate nō cernunt oculi nostri Deum adesse, tamen ita certo statueremus debemus, respici nos ab eo, et futurum ut ab eo tegamur et iuuenimur, quam certa nobis illa sunt, quæ uersantur ab oculis. Nam uerbum ηλέγει χριστον conuincere significat, cuius uerbi quis sit, usus forensis docet.

Alteram uocem ὑπόσασην expectationē ueritati, sic enim in Capit. tertio eiusdem Epistole et saepe alias usurpaturs. Et sentiebā recte fieri mentionem affectus fideli in definitione, cum nomen fideli non modo noticiam, sed etiam affectum qui promissa accipit, et expectat, significet. Ponenda est igitur generis loco et hæc uox, ὑπόσαση sumpta ex prima specie qualitatibus, habitus quo exceptamus. Fides enim proprie est assentiri uerbo Dei, et expectare Dei promissa. Et pro uno quodam genere, uidelicet pro certa noticia in hac definitione duo hæc nomina ponenda erāt. Differentes

PHILIP. MELANCH.

rentiae loco ponuntur, hæc uoces, non ad parentium, item rerum sperandarum. Nam accidentia mutuantur differentias alias a subiectis, in quibus habent, alias ab obiectis, hoc est a rebus circa quas uersantur. Porro Fides uersatur circa uerbum Dei quod docet nos de uoluntate Dei, et alijs multis rebus procul positus extra conspectum rationis.

Philosophia docet nos de rebus, quas ratio perspicit, de Arithmetica, de Geometria, de Architectonica, de motibus corporum, de ciuilibus moribus. At de uoluntate Dei tantum ex uerbo Dei iudicandum est, non ex humana ratione. Quod autem mentio sit rerum sperandarum, ostendit et circa quale uerbum ueretur fides, et quod fides non modo noticia sit historiæ, sed quod etiam affectum complectatur accipientem seu expectantem Dei promissa. Significat enim tale uerbum esse, quod non modo historiam docet, aut minas ostendit, sed etiam continet promissiones. Nam hæc res sperandas ostendunt. Et ea demum uera fides est, quæ non modo nouit historiam, sed etiam credit promissionibus, quæ expectat Dei
E iiiij promissa.

DIALECTICA.

promissa quæ credit nō modo Christū passum esse, ac resurrexisse, sed propter Christū nobis patrem placatum esse, nosq; propter Christum in gratia em recipi, regi, ac seruari a patre. Vides quam tam utilitatis adferat Dialectica, cum iuxta eius precepta grauium autorum sententiae expenduntur. Nam hæc definitio fidei ita patet, ita illua stratur, cum ad hæc præcepta confertur, ut fidei vim atq; naturam mira perspicuitate omnium oculis subiiciat.

DEFINITIO EX EFFECTIBUS, seu officijs.

Tertium genus definitionum est definitio ex effectibus seu officijs composita, ut homo est qui loqui potest. Sol est auctor diurnæ lucis. Iusticia est quæ suum cuiq; reddit. Neq; raro utimur hoc genere definitionis, præsertim in uirtutibus aut uitijs definitiendis. Nam artes ex alijs animi habitus, non aliter nisi officijs aut obiectis discerni possunt. Nec uero dicere has esse habituum proprias differentias, quas ab officijs trahimus. Rex est qui unus rerum potitur, et ius dicit ex certis legibus.

PHILIP. MELANCH.

gibus. Tyrannus est qui unus rerum potitur, & ius dicit ex suo arbitrio sine legibus. Hoc enim Tyrannum proprie dixerunt ueteres, postea hec ad pollatio tantum in sceleratis ex crudelibus præcipibus, qui latrocinium in imperio exercuerunt. Magistratus est minister Dei ad nostram utilitatē, ut malos puniat, ex bonos honore afficiat. Sic n. definit Paulus, genus est minister Dei, cum enim sic appellat, docet esse plium gerere magistratum, ex latrociniis discernit, ex nos admonet, ut, quia diuinitus magistratus nobis impositi sunt, tanquam Dei vicarios colamus. Deinde officia recitat. Primum minister est ad nostram utilitatem, sic n. aut, διάκονος οὐσία τὸ ἄρχοντος. Hic magistratus docet non ad suam libidinem aut utilitatem debere gerere publicum munus, sed suis cupiditatibus publicam utilitatem antiferre, et intelligere sibi alienæ utilitatis procurationem tanquam economo in familia commissam esse. Nec datas esse tot urbes, tot regna in hoc, ut inde tantū uoluptatum suarum instrumenta rapiant. Reliqua sunt punire fontes, ius dicere, facinora prohibere, de facinoris supplicium fuxire, bonos non tantum defendere, sed bonore afficere, id est, efficere in re publica.

E uij publica

DIALECTICA.

publica non tantum ut uita, fortunae honorum in euto sint, sed etiam ut gradus dignitatis seruentur, ex sit honos uirtuti, ex omnia honestarum artium studia colantur, ex magni fiant.

DEFINITIO EX PAR-TIBVS.

Quartum definiendi genus est definitio, que componitur ex partibus seu membris rei, ut, corpus humanum est, quod ex capite, uentre, et pe-dibus constat. Philosophia est artium dicendi, Physiologia, et preceptorum de moribus cognitione, quantum asequi humana ratio potest. Sicut enim in corpore membra, ita in Philosophia tres illae partes coherent.

Poenitentia est terrori agnito peccato, ex rursus erigi per fidem, credendo quod propter Christum remittatur peccatum. Nam hec duo sunt membra poenitentie, pauor seu contritio et fides que rursus liberat ex paurore.

DEFINITIO EX ACCI-DENTIBVS.

Quintum

PHILIP. MELANCH.

Quintum gennus est, definitio ex genere et accidentibus collecta, ut sunt herbarum definitio-nes apud Dioscoridem et Plinum, ut, Narcissus est flos similis croco, caule dodrantali, florens mense Augusto, prostremus omnium florum. Hoc gene-re definitionum utimur in describendis personis, ut apud Homerum Therfices describitur, strabis oculis, gibbosus, garrulitate scurrili. Est autem nobis ideo sepius hac forma definiendi utendum, quia accidentia ostendunt nobis substantias aliqui ignotas, per hec Maluam a Marrubio, Cygnum a Coruo, Pompeium a Iulio, deniq; res inter se omnes discernimus.

Hactenus tradidimus definitionum formulas, reliquum est ut exerceantur pueri multis exemplis. Nam ut sine usu aliae artes percipi non pos-sunt, ita exacte et apposite definire nemo sciet, nisi eius rei usum quandam sibi fecerit. In graui-bus disputationibus permultum refert, eius rei, de qua disceptatur, definitionem tenere perspicuam et certam. Nam ex definitionibus argumenta omnia tanquam ex fonte deruantur, et tota dispu-tatio nascitur. Et sicut actioni Demosthenes in di-

BENDO

DIALECTICA.

cendo primas, secundas, postremo et tertias tria
buit, ita nos in accurata et subtili disputatione
unam definitionem maxime dominari statuimus,
eiq; iure primas, secundas et tertias deberi affir-
mamus. Ni longum esset, commemorarem
aliquot exempla, ubi est cernere magnos viros in
longis disputationibus turpiter hallucinatos esse
quia parum cauti fuerant in definiendo.

DE DIVISIONE.

Secundum Dialecticæ munus est, dividere.
Habet autem diuisio nō minorem vim, quam supe-
rior illa definiendi ratio. Nam in Phædro Plato
cum quidem Oratorem instituit ac format, nun-
quam quenquam ait dicendi artificem, seu ut ipsi-
us utamur uerbis τεχνικῷ λόγῳ πρεπὲν futurum
esse, nisi sciat omnia de quibus dicendū est, diuide-
re ac partiri, et apposita certaq; definitone, uel
ut ipse ait, μέτρον idēa unamquāq; partem com-
prehendere. Nam cum in primis exigatur ab
eo, qui aliq; a de re dicit, ut doceat, nihil autem ex-
pli cat is, qui omnia commiscet et confundit, sepe
projecto Diuisione utendum est, ut ea que non
coharent,

PHILIP. MELAHC.

coherent, separare, alioquin in oratione omnia te-
mere congerentur, eruntq; quod aiunt, οὐαύτα
μια κόνια.

Et Cicero Seruum Scenole, quamvis peritis-
simo iuris, tamen ideo præfert, quia Dialecticæ
ad dixerat scientia iuris, artem, ut ipse ait omnium
artium maximam, quasi lucem ad ea, que confuse
ab alijs aut respondebantur aut agebantur. Porro
ea in re Diuisio dominatur. Et Boetius in libro
de diuisione inquit, Andronicum scriptum reliqui-
ſe, dividendi scientiam summo in honore semper
apud Peripateticos fuisse, quia nulla res, sine hac,
dilucidè et perspicue explicari posset. Sunt au-
tem diuisionum forma quatuor. Primam esse
dixerunt nominis ωλυσημα significata recena-
ſere, Quia sepe fit ut vocabulo decepti, erre-
mus, Ut si quis disputet, Christianos non esse ser-
uos, monebit seruitutem alias accipi ciuiliter, cum
significat corpora nostra, et fortunas nostras in
potestate aliorū esse, Alias accipi μεταφορικῶς,
cum significat animas seruire peccato, et obnoxia-
as esse uiciosis affectibus, et destinatas ad poe-
nam, ad eternam mortem. Neg Nero ciuilem
seruitutem

DIALECTICA.

scrutitatem collit Christiana religio. Sed supra monimus, in omnibus controvèrsijs initio constitendum esse, quæ uis uerbi sit, nçq; modo in una uoce hanc exigo diligentiam, sed in longiore oratione etiam oportebit amphibola et metaphoras endare, priusquam de rebus litigare incipias.

Secunda forma est diuisio generis in species, que quidem per differentias, uel per accidentia discerni solent, ut si animal diuidas in hominem ac pecudes, differentiae crunt adhibende, que hominem a pecudibus discernant. Ita cum ius diuidunt in ius naturæ ac ciuile, quærendæ sunt differentiae seu accidentia, quibus pro differentijs utimur, quæ has species discernant. Est enim ius naturæ sententia de moribus, diuinitus inscripta mentibus hominum, cui omnes homines natura cogit adsentire, ut furtum est punicendum. Ius ciuile est sententia, cui non omnes homines naturaliter assentuntur. Sed quam certa ciuitas probabili de causa sequitur, ut fursuspendendus est.

Tertia forma est, diuidere totum in membra, hanc Cicero proprie partitionem scribit uocari,
cum totu

PHILIP. MELANCH.

cum totum quasi in membra discerpitur, ut si corpus diuidas in caput, thoracem, uentrem, manus, pedes. Si Philosophiam partiaris in scientiam loquendi, inquisitionem rerum naturalium, et præcepta de moribus. Si religionem partiaris in fidem, et bona opera. Sie in oratione sæpe partes toti subiectimus, ut cum Phoenix dicebat se præpositum esse Achilli, ad docendum eum omnia digna laude, deinde partes commemorat μνθων τε φυτῆς εμελοντι, πρητέρων τε επιτροπ. Id est, eloquentiam qua sapienter consuleret Reipublica, et alias uirtutes iuste, fortiter, moderate agendi. Et Virgi. cum ciuitatem describit, partes recitat. Iura Magistratusq; legunt, sanctumq; senatum. Ita sæpe in loquendo cum ex uno uerbo res intelligi possit, tamen cum eam in membra partimur, res fit illuftrior.

Quarta forma est, quam Enumerationem propriæ uocant, cum subiectum partimur in accidencia. Utimur hac forma præcipue cum conditiones aliquius personæ aut rei colligimus, aut distribuimus. Ut si quis doceat quibus uirtutibus Episcopū oporteat præditum esse, uidelicet doctrina, eloquentia, morib. bonis. Ita Cicero enumerat quæ res in

DIALECTICA.

res in imperatore requirantur. Et apud Homera numerantur Agamemnonis virtutes, & μοναρχος των εαυτων και γενετης αυτης. Nam ille demum princeps laude dignus est, qui ex artes domi regendae Reipublicae tenet, ex iure, legibus, iudicijs, ciuilem tranquillitatem ac disciplinam conseruat, ex foris armis a Republica arcere vim hostilem potest. Ita multiplices boni principis laudes enumerauit Homerus in hoc uerseculo, quo tantopere ferunt Alexandrum delictatum esse, ut semper in ore habuerit.

DE MODO EXPLICANDI SIMPLICIA themata, ex quomodo sit utendum his preceptis, quae hactenus tradita sunt.

Hactenus uocum varietatem ostendimus, ex propemodum classes descripsimus, in quas singulae referri debeant, ex formas definiendi ac diuidendi tradidimus. Nunc monstrabimus quomodo haec precepta ex schola, ex umbra in lucem ac uelut in aciem proferenda sint, ex quomodo his preceptis utendum sit, quibus si quis non didicerit

tti, is

PHILIP. MELANCH.

uti, is sciat se in eis cognoscendis inanem operam sumpsiisse, non aliter atque frustra sibi miles arma comparauerit, quibus uti nequit. Patet autem in omni sermone hominum, usus huius partis latissime. Etenim in omni fere congressu hominum queri ac dubitari de alicuius certe rei natura, causis, ac partibus solet. Doceri autem uilla res ac ordine explicari potest, nisi adhibeatur Dialectica. Tradiderunt autem autores, ut cum aut docere aliquid alios, aut discere ipsis uolumus, aut iudicare aliqua de re, certas questiones sequamur, quae admonescant quid in uniuscuiusque nominis explanatione requirendum sit, quaeque tanquam Mercuriales statuae in docendo uiam indicent. Et facit Aristoteles in secundo libro οὐσίων ἀναλύσιμων, ubi docet exacte examinare et excutere id, de quo dubitatur, questiones quatuor.

An sit, ut sint ne Pygmæi, sint ne Comete. Quid sit, ut quid Pygmæi sint, homines ab eo distingue. quid Cometa sit, accensus ne uapor, aut stella, ut ex Lucanus uocata, crinemque timendi Syderis.

Quod sit, non est interrogatio, sed ad circumstantias pertinet, et significat, quod circumstantie tribuantur et de quo

DIALECTICA.

do quo loquimur, scilicet, loquantur ne pygmaei,
qua figura sint, quo colore, qua magnitudine. Ari-
stotelis interpres, ita explicat quod sit, $\delta\eta\pi\alpha\zeta\omega\zeta$
 $\chi\omega\tau\tau\iota\iota\iota\mu\kappa\tau\eta\gamma\sigma\omega\mu\epsilon\delta\omega\omega\zeta$, id est, docet quod
aliquid themati tribuatur.

Quare sit. Cum causæ rei queruntur, ut ex
cuiusmodi uapore constet Cometa, quibus ex cau-
sis tam pestilens uapor contrahatur. Nos Aristoteli-
tis propemodum uestigijs insistentes, res ab eo
mutuabimur, tantum uerbis utemur ad nostrorum
hominum captum magis accommodatis. Sunt itaq;
questiones quatuor.

Quid res sit.

Quæ causæ sint.

Quæ partes.

Quæ officia, seu qui effectus.

Est autem forma loquendi dialectica obser-
vanda, quoties quid sit res querunt, ut sciamus de
definitione interrogari. Et quia primum in omni
artificiosa disputatione definitio tradenda est, idco
prima questio est, quid sit, sed antiqua definiamus
constitutus

PHILIP. MELANCH.

constituti de ambiguis uocabulis debet, qua signifi-
catione in nostra causa usurpentur, id quia su-
pra monuimus, hic repetere uerbofius nolui. Fru-
stra etiam queras, quid res sit, nisi antea an sit,
animaduerteris, ut si constet pygmoeos esse, tum
deum quid sint queri solet, Sed quia de hac que-
stione sepe ex experientia seu testibus non ex arte
aliqua constituitur, a nobis prætermissa est. Pri-
mum igitur in accurata disputatione, queratur
quid res sit, ut si uelis excutere quid sit uirtus, hic
tibi statim prædicamenta in consilium adhibenda
sunt, querendumq; in quo ordine nomen uirtutis
positum sit, & mediocris cuiusdam usus est uide-
re utrum sit substantia, an quantitas, an qualitas,
an relatum, & cum deprehenderis in qua clas-
se sit, genus proximum excerce, erit itaq; in qua
litate uirtus, & proximum genus habitus. Non-
nihil promouisti deprehenso genere, sed rem pro-
cul adhuc cernis, quare & differentia querenda
est, sed ut in substantijs sepe pro differentijs multa
accidentia in unum cumulum congerimus, ita acci-
dentijs differentias petimus a subiectis, & offi-
cijs. Est itaq; uirtus habitus uoluntatis, quia in
ea animi parte haeret, absoluit autem differentiam

F propriū

DIALECTICA.

proprium officium eius, ut uirtus est habitus uoluntatis qui inclinat ad agendum secundum rectam rationem, Habes definitionem, quae tamen melius intelligetur cum etiam causas perspexeris, quia in ipsis etiam definitionib. causae subindicantur, et unaquaque res tum deum cognoscitur cum causas perspeximus. Est itaq; causa efficiens uirtutis, animus seu uoluntas quae cum consilio intellectus, seu recte rationi obtemperat, gignit actiones honestas, quas cum s̄epe iterat, parit sibi habitum seu tēp, sicut cera mollior sit diu multumq; tractata. Sunt enim in animo duo officia, iudicare, id intellectui tribuant, et prosequi aut fugere que intellectus ostendit, hoc posterius uoluntati tribuunt. Neq; tamen satis est ad efficiendum firmum habitum habere communia instrumenta, scilicet iudicium et uoluntatem, sed oportet in uoluntate etiā esse naturales quosdam impetus, qui uehementer incitent animum ad uirtutem. Sicut eximius Musicus fieri non potest, nisi singularis quidam et naturalis impetus ad Musicam rapiat, nec satis est aut uocem mediocrem, aut aures habere. Nec fœlix Poeta effici potest, nisi peculiaris uis ingenii ad poetica rapiat, nec satis est nosse syllabarum mensuram.

PHILIP. MELANCH.

mensuras, quem idmodum ex Horatius inquit. Tu nibil multa dices faciesue Minerua. Sic ad per se etiam uirtutem efficiendam ille singularis impetus in animis requiritur, quem quostrīlīcētūp Ariostoteles et alii uocarunt. Porro ut uersus citant faciunt quidam quoquo modo, et canunt quidam sine naturali motu, ita quedam imperfecta uirtus in iis esse potest, in quibus quostrīlīcētūp et petrīlīcētūl aut defunt aut languidiores sunt.

Loquimur autem de ciuilibus uirtutibus, quae effici uiribus naturalibus possunt. Materiam accidentia non habent ex qua fiunt, Itaq; de uirtutis materia non est querendum, sed impropriamente uocant materiam circa quam uersamur, aut in qua aliquid hæret, sicut aut Medicina uersatur circa morbos, uel depellendos, uel arcendos, ita uirtus uersatur circa affectus uel gubernandos uel reprehendendos; et circa contractus, circa motum, statum, cogens uoluntatem recte rationi obsequi. Hæret autem in animo uirtus sicut in pariete color, ipsa accidentia forma sunt, quare et de forma non admodum queri solet, Finalis causa est officium uirtutis, cogere animum obsequi recto iudicio,

Fij sunt

DIALECTICA.

Sunt autem et fines alij remotiones, tranquillitas in uita. Nam ex hanc uirtus parit sicut scriptum est, qui fecerit hec uiuet in cis. Comitantur uirtutem etiam opes, honos et similia, quae congerere iam ad Rhetorem magis pertinet quam ad Dialecticum. Nam Dialecticu satis est caussa et naturam rei peruidisse. Reliquum est, ut uel partes uel species uirtutis recenseamus. Omnia enim vocabula, in quibus multa contineri existimantur, tamen denum recte intelliguntur, cum membra aut partes recensueris, ut enim corporis naturam non nouit medicus, nisi singula membra ut in anatomia monstrari solent, contemplatus fuerit, ita generalia vocabula nisi in species aut partes distribuantur, obscura sunt, Sic enim ex in quotidiano sermone cum initio generali propositione aliquid comprehendimus, ut fiat magis perspicua res, species adiicimus, ut cum Hora. Ebrietatem generali uerbo culpasset. Quid non ebrietas designat. species enumerat, opera recludit, Spes iubet esse ratas, in prelia trudit in eremum et c. Sunt igitur ex uirtutis species enumerande. Porro generum species per differentias colliguntur ut supra docuimus, Differentiae uero accidentium, aut a subiectis, aut a materia

PHILIP. MELANCH.

et materia circa quam uersantur, aut ab officijs pertinentur. Porro uirtus omnis uersatur, aut circa contractus, aut circa uoluptates, aut circa metus, aut circa dolores. Iusticia est quae circa contractus ex omnium rerum et officiorum commutationem, in hac uite societate uersatur. Modestia seu temperantia, uoluptates moderatur. Fortitudo dolores depellit, et nequid turpiter metu coacti faciamus, constantiam retinet. Horum si quis partes etiam requiret, ostendi iam formas in praedicationis, unde haurire cetera poterit.

Nascetur mihi opus longius Iliade, si omnia persequi uelim. Sunt autem in omnium manibus libelli ciceronis de officijs, quos qui diligenter leggerit, animaduertet eorum oecconomiam ad haec Dialecticorum precepta quadrare. Primum non officium definitur, et nomen explicatur. Est enim actio uirtutis, subiiciuntur deinde species, officia ex prudentia, iustitia, fortitudine, modestia, tracta, et ex eo libello omnes uirtutis species, si quis explicationem longiorem desiderat, cognosci possunt. Nobis hoc in loco satis est monuisse quod generalia nomina sint enumeratione specierum explicanda.

DIALECTICA.

Postremus locus est, qui sint effectus. Porro quoties inter causas de fine queritur, scias de officio seu effectu questionem esse, ut medicinae finem dicimus esse morbos depellere, idem adpellere licet officium seu effectum medicinae. Nam etiam si non respondeat euentus, tamen medicina munus est et officium, curare. Et recte dixerunt veteres Dialetici uerba in definitionibus potentiam significare, non euentum, ut cum finem esse dicimus medicinae curare, intelligas potentiam quandam esse, quae adhibetur curationis causa. Sed cum finem Rhetorices esse dicimus persuadere, intelligas adhiberi eam ad persuadendum, etiam si secus euenit. Cum autem supra virtutis finem ostenderimus, nihil opus est nunc de effectu seu officio multa dicere. Est enim seu finis, seu effectus, seu officium cogere hominem ut rationi obtemperet. Deinde parit multa uite commoda, nam quanquam aliquando boni fortunam iniquorum habent, tamen cum Deus eis bona promiserit, non dubitare debent quin diuinitus defendatur et regantur. Haec si quis Rhetorice uelit exagerare, posset collationem instituere eorum maiorum, que improbis impudent. Videmus enim diuinitus

PHILIP. MELANCH.

diuinitus euenire, ut semper insignia flagitia insigues poene comitentur, id quod testantur quotidiana supplicia homicidarum, quia uix unquam euadunt, quo minus haereant in poenis. Testantur idem miserabiles exitus Tyrannorum tam frequentes, ut etiam Poeta scripsiterit.

Ad generum Cereris sine cæde et uulnere pauci
Descendunt reges, et sicca morte Tyrami.

Sed hanc amplificandi rationem tum in Topicis Dialetici, tum Rethores prolixo tradunt, quæ cum accesserit ad definitionem, et illam breuem explicationem uirtutis, magnam haud dubie lucem ei adfert. Neque enim iste Rheticus adparatus inanis quidam fucus est, sed utilitatis causa repertus est, ut proprius ostendat occasiōnis nostris causam, de qua differimus, non aliter atq; uiui colores in pictura rem uerius representant quam umbra extremis lineis circa conducta.

F. iiiij LIBER.

DIALECTICA.
L I B E R
 S E C V N D V S
 D E P R O P O S I -
 T I O N E.



PROPOSITIONE EST oratio indicativa, et perfecta, uerum aut falsum sine ambiguitate significans, ut Cæsar non est iure occisus. Virtutes non possunt a se mutuo diuelli, quin simul omnes in aliquem cadant. Nobis pueris exigeatur puerilis quedam diligentia, ut propositione ex uno nomine, et ex uno uerbo fieret, ut, homo currit, id tamen si non reprehendo, tamen ita intelligi uelim, ut etiam si pluribus uocabulis oratio constet, tamen propositione adpelletur, si tamen una quedam ex certa ex indicativa, ut Grammatici dicunt, sententia sit, qualis hec est. Ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores nec sinit esse feros. Variae autem sunt appellations, propositionis, nam pronunciatum uocavit et Cicero, et pro-

PHILIP. MELANCH

Et proloquium alij vocaverunt, Ego in tradendis artibus in primis nocere existimo ambitionem eorum qui studio nouitatis sine graui causa a veteri consuetudine discedunt. Cum autem apud latmos propositionis uocabulo usi sint Cicero et Quintilianus, libenter candem uocem et nos retinuimus. Cicero pronunciatum ideo uocat alicubi, quia Aristoteles in lib. τερπί έγμανειας uocat propositionem λότον ἀποφαντικόν, id est, orationem qua decernitur seu fertur sententia aliqua de re. Nam ἀποφαινεται greci dicunt pronunciare, ideo Aristoteles ait, λόγος ἀποφαντικός ἐστιν οὐ πᾶς ἀλλὰ ἐνώπιον ενεργείᾳ φεύγειν προσέχεται. Stoici uocarunt δέξιωμα, quod nos propositionem dicimus, sed id nouum est, et alienum a consuetudine græci sermonis veteri, ut plerique; alia commentitia Stoicorum uocabula. Aristoteles tantum cōmuniſtas sententias uocat δέξιωματα, ut, Totū est maius qualibet sua parte.

DE UTILITATE HVIVS
 PARTIS,

Est autem hoc loco de usu propositionis nobis aliquanto

DIALECTICA

aliquanto copiosius dicendum, quanquam id in tempestiuum in ipso huius libri uestibulo uidetur. Sed ut melius intelligi posset, que utilitas ex hac parte Dialectices petenda sit, statim initio iudicauimus usum eius ostendendum esse. Vulgare proverbum est. Laudat uenales qui uult extrahere merces. Itaq; et ego cum hanc partem operis diligenter cognosci a lectoribus uelim, utilitas eius uel amplissimis laudibus uehementer cupiam. Est autem hec praecepsa, quod in omni controuersia, in omni scripto, in omni negotio, in omni epistola, constituenda nobis est aliqua propositione, in qua eius negotij de quo loquimur summam comprehendamus. Id non tantum Dialectici praeceperunt, sed de ratione proponendi multo diligentius etiam Rhetores praeceperunt. Nec nulla cauſa est cur tam accurate de hac re praeceperint, quia multis uideas, qui cum loquuntur, nunquam constituant, nunquam significant qua de re loqui uelint. Alij etiam cum proposuerunt sic obliuiscuntur instituti, tanquam nominis sui, ut cum amphora coperit institutum, non raro currente rota, quemadmodum Horatius inquit urceus exeat, ita sit ut eorum oratio, quia nusquam coheret, profusa non intelligatur.

tur.

PHILIP. MELA H.C.

tur. Iam quid in iudicandis aliorum scriptis intelligentiſi, qui non ex longa oratione aliquam certam propositionem colligunt, qui no ad unam propositionem uelut ad statum, ut Rethores uocant, seu caput, omnia argumenta referunt. Proinde latissime patet uetus huius partis. Neq; perspicue scribent unquam, neq; aliena scripta recte intelligent, qui non unam aliquam certam propositionem ex tota disputatione excerptent, que rei summam et totam cauſam continent, ut in Miloniana oratione, Milo iure occidit Clodium. In Rosciana, Roscius non occidit patrem. In Epistola Pauli ad Romanos, Iusticia coram Deo non sunt humanae virtutes, sed iustitia est reputari iustum cum credimus quod propter Christum certe placeamus Deo. Si quis ad hunc modum ex unaquaque controuersia excerpterit propositionem, in qua summa negotij insit, et ad quam referri omnia argumenta debeant, is demum sciet uti hac parte Dialectices. Plinius alicubi primum scriptoris officium esse existimat, titulum instituti operis sequere legere, seque identidem interrogare, quid coepit scribere. Videl enim multis argumenti oblitos non immorari inchoata materie, ita et in iudicandis

DIALECTICA.

candis aliorum scriptis, permultos uidemus nihil minus animaduertere quam quid autores quo interpretantur, docere suscepint, nec fere unquam est titulum, aut consilium autoris in enarrando meminisse, id plerunq; imperitis Dialectices accedit, periti vero cernunt, ut Cicero inquit, ubi sit et cuiusq; controversia statum seu summam de apprehendere norunt, et in explicando quæ via magredienda sit, quis cursus tenendus, quis portus perendus uident. Neq; vero tam in longa controversia propositio queritur, in qua summa rei uertitur, sed singulae argumentationes resoluenda sunt, donec earum membra, hoc est, simplicissimas propositiones deprehenderis. Nam aliter de longiori syllogismo, iudicari non potest, nisi de tracto ornatu orationis nuda eius membra coniungantur, et intromiscantur. Aristoteles et evanuictus, suos libros inscripsit, quia r. solucere ad hunc modum et iudicare argumenta docent, ut posterius pars orationis tripli στέφανος, sere tota in hoc syllogismo consistit. In consiliis publicis honestas uel cum periculo sequenda est. Demosthenis consilia quamvis periculosa fuerint, honesta fuerunt. Ergo Demosthenes non est reprehendens.

dus.

PHILIP. MELANCH.

dus. Postquam hoc modo longæ illius orationis membra oculis subiecta fuerint, tota causa iudicari facilius poterit. Scendum autem est ex hoc, indicativas orationes certissimā sententiam parere, et solas significare uerum aut falsum, ideo placuisse autoribus ut haec sole propositiones dicarentur. In sua oris matribus uidentur existere, imperatiue propositiones, ut suscipe bellum Cæsar aduersus Turcas. Sed haec quoque in indicativas mutari possunt in tercia persona, ut Cæsar debet suscipere bellum aduersus Turcas.

D V P L E X P R O P O S I T I O.

Categorica una oratio est, seu ex uno nomine, et uno uerbo conflat, ut Cæsar non est iure imperfectus, sic uocatur, quia unum quiddam uniuersum tribuitur.

Hypothetica duæ orationes sunt, coniunctione copulatæ, ut, si fortuna uolat, fies e Rhetore consul, si Afinus uolat, est alatus, de hoc genere propositionum infra dicimus. Nunc categorice tractantæ sunt, quarum naturam qui cognoverit, facile

DIALECTICA.

facile iudicabit de hypotheticis, que nihil aliud
sunt quam duas categoricas consitentia.

PARTES PROPOSITI^ONIS.

Grammatici de partibus propositionis consilendi sunt, nam ab his nomina & uerba mutuantur. Prior pars nomen est, Aristoteles uocat subiectum, ut Cæsar. Posterior pars, uerbum, ut Cæsar uicit Gallos. id prædicatum uocant, quia nomini tribui aliquid significat. Neq; tamen uerbis tantum utimur sed etiam nominibus, quia tales men per uerbum substantiuum adtexenda sunt subiectis, ut Modus est pulcherrima uirtus. In huiusmodi propositionibus uocant uerbum substantiuum copulam, quia prædicatum cum subiecto copulat.

DIVISIO PROPOSITI^ONIS.

Aliæ sunt affirmatiue, aliæ negatiue. Affirmativa est, quæ constituit seu pronunciat aliquid adesse

PHILIP. MELANCH.

adesse subiecto, ut Cæsar est clemens. Negatiua, quæ aliquid subiecto admit, ut Pompeius non uicit Cæsarem, Non facile est aqua commoda mente pati. Obseruent autem pueri tum demum esse negatiuam propositionem, non cum in periphrasi subiecti aut prædicati negatio est, sed cum principali uerbo additur. Neq; enim negatiua est. Odi sapientem qui sibi non sapit. Ea philosophia, que non docet uirtutem maxime expetendam esse, officit moribus. Neq; hæc negatiua est. Nemo non in alienis uicijs iudicandis oculatior est, quam in suis. Neq; est quisquam, quem non in aliqua re uideret sufficere posse. Est autem a Grammaticis petenda natura negationum.

SECUNDA DIVISIO.

Propositionum aliæ sunt uniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares. Uniuersales, ubi subiectis præponuntur particulae uniuersales. Est autem Grammatica consilenda quæ sint uniuersales particulae, omnis, nullus, nemo, quilibet. Omnes mutationes Rerum publicarum sunt periculoſe. Crede mihi stulto nemo in amore

DIALECTICA.

amore sapit. Particularis est, ubi subiecto preponuntur particularia signa. Quidam, aliquis, quidam non. Quidam Germani colunt literas. Quidam Germani non sunt bibuli. Indefinitum propositionem Valla contendit uniuersalem representare, neq; ab re. Nam indefinita est non qualibet propositio sine signo uniuersali aut particulari. Sed ea demum, in qua uniuersae speciei aliquid propriè tribuitur, ut, Virtus est preciosior pecunia, Anima est immortalis.

Homo est species. Dilectio implet legem. Elos quæstia est uis perfecte aliquid explicandi, hoc est, Sapienter et cum summa perspicuitate.

Singularis, in qua subiectum est proprium nomen, seu individuum, ut, Marcus Cicero est Orator, seu hic homo est amans pacis.

TERTIA DIVISIO.

Propositio uera est, que cum re quam significat consentit, ut Cœlum semper mouetur. Pium est descendere presentem statum Reipublice, leges et religionem aduersus Turcas. Falsa est que a rebus dissentit, ut Sol est bipedalis. Stellæ decidunt.

QVARTA

PHILIP. MELANCH.

QVARTA DIVISIO.

Sunt item aliæ propositiones necessariae, aliæ contingentes. Necessarie sunt quando genus seu differentia, seu proprium, seu tota definitio tribuitur definito, ut Homo est animal rationale, sive quod loqui potest. Religio est timere Deum, et credere Deo. Gratitudo est iustitia, reddens bene meritis gratiam, uel reddens officium pro officio. Contingens est, quando accid. nra subiectis tribuuntur, ut cum diuersorum predicatorum uocabula coniunguntur, ut Lapis est albus, Cœlum mouetur, Aqua calet, Aeneas uicit Turnū. Quanta quam quod preterit mutari non posse, et quæ sunt, cum sunt, ut ait Aristoteles, esse necesse est, tamen materia ipsa talium propositionum contingens dicitur, quia accidentia sunt extra subiecta substantiam. Itaque poterat fieri, ut non uincaret Turnum Aeneas. Quare non necessaria ueritas est propositionum, in quibus accidentia subiectis tribuuntur. Genus autem est differentia et proprium cum definito seu specie ita coherent, ut diuelli non possint. Proinde, et Plato Idæa, quas uocat, perpetuas esse scribit, quia nihil aliud sunt,

DIALECTICA.

Sunt, nisi eiusmodi propositiones, seu imagines rerum ac definitiones, quas mens cum intutetur, animaduerit alter se habere non posse. Quoties enim de homine cogitamus, talcm eius imaginem concipimus, quod sit animal quoddam rationale, quod loqui poscit. Nam posse loqui, proprium est, et heret in hominis natura necessario. Loqui vero, si nihil nisi euentum significet, accidens est, divulgus proprium est, Euentus seu effusus, accidentis.

DE OPPOSITIONE.

Cum hec Dialectica pars tradat artem iudicandi, quid uerum, quid falsum sit, necesse fuit etiam monere, que propositiones, quomodo inter se pugnant. Neque vero est ullum maius peccatum in dicendo, quam pugnantia dicere, aut non animaduertere. Oppositionem uocant, cum due propositiones, in quibus eadem subiecta ex predicata sunt, dissentient. In primis autem christianorum causa euenda est in oppositionibus. Neque enim inter se dissentiant iste, Christiani liberi sunt, Christiani non sunt liberi. Si in altera propositione

PHILIP. MELANCH.

One libertatem ciuiliter intelligas, in altera μεταφορικως. Sic est εμφισθον nomen scrututis, Nocte fieri serui hominum, Et si seruus vocatus es, non sit tibi cura. Numerant species oppositionis has. Contrarie sunt duas uniuersales, quarum altera affirmativa est, altera negativa. Haec namquam simul uera esse possunt, falsa esse possunt, si sint ambae in contingentia materia, ut Omnes stellae sunt maiores terra, Nulla stella est maior terra. Omnes homines sapiunt, Nulli sapiunt.

Subcontrarie, due particulares, quarum altera affirmativa est, altera negativa. Haec si mulierae esse possunt in contingentia materia, ut Quidam homines sapiunt, Quidam non sapiunt. Quedam stelle sunt maiores terra. Quedam stelle non sunt maiores terra. Contradictriae sunt, aut uniuersalis affirmativa, aut particularis negativa, aut dues singulares, ut Plato sedet, Plato non sedet. Contradictriae accrimine inter se pugnant, nec unquam simul, aut uera aut falsa esse possunt. Subalterne non dissentiant, sunt enim particulares sub uniuersalibus positae, que in argumentando colligi ex uniuersalibus possunt.

DIALECTICA.

possunt, ut, Omnes homines sapiunt, ergo Germani sapiunt.

Omnes stelle sunt Contra= Nulla stella est
maiores terra riae maior terra.

Contra

dicitur.

Subalterne.

Subalternum.

Contra

dicitur.

Quædā stella est Subcon- Quædā stella non
maior terra trarie. est maior terra.

DE CONVERSIONE.

Conuersio

PHILIP. MELANCH.

Conuersio propositionum duplex est, Prior simplex dicitur, cum ita uertitur propositio, ut eadem signa mancant, id accidit in uniuersali negatiua, ut, Nullus homo est lapis, Nullus lapis est homo. Nullus Christianus est conuictor, Nullus conuictor est Christianus. Et in particulari affirmatiua, Quidam Monachi sunt pij, Quidam pij sunt Monachi.

Altera forma est conuersio per accidens, cum non manent eadem signa, sed iuxta subalternarum naturam ex uniuersalibus particularia colliguntur, id accidit in uniuersali affirmatiua, ut, Omnis homo est animal, Quoddam animal est homo. Sunt autem hæ forme conuertendæ propositionis non prorsus inutiles, & propemodum argumentorum uice usurpari possunt. Alicubi enim conuersione uel ad probandam, uel ad illustrandam propositiōnem aliquam subobscuram utimur, ut omnes fortunati insipiente sursus incident in aduersam fortunam, Ergo quosdam qui ex secundis rebus in aduersas incidunt, uerisimile est stultos fuisse, & nescisse medium tenere in secundis rebus. Est & uidere in conuersionibus in signis negatiuis utri

et in maiore

DIALECTICA.

maiorem esse quā in affirmatiis, signa enim affirmatiua in uniuersalibus, non possunt repeti, negativa repetuntur, ut, nullus Christianus est conuictor, nullus conuictor est Christianus. Neque uero lute paret usus conuersationum, sed quoties ea uti uolumus, communis consuetudo sermonis consuenda est, a qua nunquam discedere Dialecticus debet. Etenim si Dialectica perspicua docendi Scientia est, planū ex usitatum sermonem & Grammatica mutuari debet.

Hic etiam de equipollentissimis præcepterunt que signa inter se consentiant, ut si dicas. Nemo nos amat pecuniam, habebit ea propositio una affirmatiua uniuersalis, Omnes amant pecuniam. Nos ex grammaticis scholis hanc signorum unius mutationem adferre ad Dialectica puerum debere censemus. Peculiaria etiam præcepta de modalibus propositionibus tradita sunt ab Aristotele, Vocat autē modales in quibus haec uoces ponuntur necesse possibile, impossibile, ut Christias nos necesse est multa pati. Ego has non puto se parandas esse ab eo genere categoriarum quod haec enim tractamus, si quis tamen carum naturam diligat

PHILIP. MELANCH.

ram diligentius excutere uoleat, Aristotelem consuebat. Nos qui ita tradere Dialectica instituimus, ut usum artis indicaremus, quantum hoc loco fieri potest, ea tantum præcepta complexi sumus, quæ sepe usuueniunt, argutias quarum non admodum usus est, libenter prætermisimus, quia non ad aliquam ingenij ostentationem, sed ad utilitatem iuuenum hæc scripsimus, qui ita faciliter percipient hanc artem si non onera-

buntur immodicis præceptis, et in legendis orationibus disertorum hominum uidebunt usum
præceptorum, eaq.
in scribendo
et docendo
do ex-
perientur ipsi.

LIBER.

DIALECTICA.

LIBER

TERTIVS DE ARGV
MENTATIONE.



T. AB EXIGVIS fontibus
orta fluminis, subinde crescunt,
ta artes omnes a paruis prin-
cipijs manantes, paulatim lati-
us uagantur, & sui usum ma-
gis ostendunt. Nam cum hac
tenus tanquam angusto alveo adhuc fluens Dia-
lecticā, tenuia quādā p̄cepta de simplicibus uolu-
bus, dēq; propositionibus tradiderit, nunc cum de
Argumentatione p̄cipere incipit, latissime patet.
Hic primum est cernere, que uis, & quanta uita-
lis sit Dialectice, cum in omni oratione argu-
mentatione utamur, neq; de argumento ullo recte
judicare possint huius artis imperiti, & nulla con-
troversia sit, que non sit conferta argumentis,
quid intelligent hi, qui non norunt argumenta iu-
sto ordine connectere, aut uiere quo modo singu-
la membra cohercent. Mihi quidem tanquam

cēd

PHILIP. MELANCH.

cēca nocte nauigantes, nullam certam sententiam
iusti tenere posse uidetur, qui ad lectionem cuius-
cunq; scripti, hoc instrumentum non afferunt. Nō
mediocris est negotij sentire, ubi totum argumenta-
tum quis recitat ubi partem eam, que erat in firmis
or dissimulauerit. Hec qui non animaduertit,
eum sepe falli necesse est, Sepe etiam inscrutantur
argumentis Rhetorica schemata. Ornatus autem,
quoniam propositum reddit illustrius, tamen cū
de arguento iudicare uoles, detrahendus erit.
Et argumenti membra, tanquam nuda ossa valuenda
erunt ut uideas an satis firma sint. Sepe autē deci-
piuntur et obruitur auditores copia orationis ut
assentiantur incertis, eaq; satis firma esse ducant, cū
excerpere nūla argūmenta ex oratione non pos-
sunt, sic Demosthenes uicit Aeschinem quoniam
in deterioriore caussa. Est enim hic syllogismus, In
consilijs publicis honestas secunda est, Ego ho-
nestatem secutus sum,igitur recte consului. Miras
autem tragedias agit tum in maiore tum minore
amplificanda, & orationis impetu iudicum ani-
mos perturbat, & in suas partes pertrahit, co-
memorat exemplum Cyrsili, quod illum una cum
gzoce lapidibus obruerunt Athenienses, quoniam

G v ut liter

DIALECTICA.

utiliter consulentem quia utilitatem preposuisset honestati, et consuluisset ut Athenienses dederent se Persis. Addit etiam vim nimori per collationem, nihil feliciores esse eos qui se cum Philippo coniunxerint. Item miserrimam fuisse futuram seruitutem preterquam quod turpis esset etc. Hec tamen omnia si quis ad Dialecticam renocet, infra ma sunt, quia maior ita uera est, honestatem esse precipue spectandam, ut si multa sint honesta, delectus quidam habeatur honestorum, eaq; sequamur que minimum habent periculi. Nam etiam erat honestum Athenis uelisci iniurias a Philippo acceptas, tamen id periculose erat, itaq; quod proximum erat, faciendum fuit, ut pax redimeretur sine turpitudine, et sine publico periculo. Huius generis innumerabilia exempla quotidie animaduersere licebit, ubi copia orationis praestringit oculos legentium, ut pro certis incerta amplectantur.

Proinde in omnibus longis causis hoc faciendum est, ut ad Dialecticam argumenta omnia exigantur, et nuda considerentur, ut iudicari de eis rectius possit. Neq; uero in oratione omnes uersus ad precepta Dialecticas exigi debent, sed

arc

PHILIP. MELA HC.

ars. quedam est uidere argumenta quibus una queq; causa nititur, h.ec sunt ad Dialecticas for- vias adstringenda. In ornatu seu explicacione argumentorum similis diligentia nullo modo re- quirenda est. Id et Quintilianus monuit, quem locum, cum doceat et quis sit Dialectices usus, ex quatenus ea sit utendum, duxi adscribendum esse, ut ediscerent omnes studiosi. Sic autem ait Quin- tilianus lib. quinto. Namq; ego u^t in oratione syl- logismo quidem aliquando uti nefas non duco, ita constare totam, aut certe confertam esse aggres- sionum et enthymematum sipatione minime ue- lim, Dialogis enim et Dialecticis disputationibus erit similior quam nostri operis actionibus, que quidem inter se plurimum differunt. Namq; illi homines docti et inter doctos uerum querentes minutius et scrupulosius seruantur omnia, et ad liquidum confessumq; perducunt, ut qui sibi et im- ueniendi et iudicandi uendicent partes, quarum alteram totiusq; alteram ueritatisq; vocant. No- bis ad aliorum iudicia componenda oratio est, et sepius apud omnino imperitos, atq; aliarum certe ignoratos literas loquendū est, quos nisi delectatione glicimus, et uiribus trahimus, et non unquam tura- bamus.

DIALECTICA.

bamus affectibus, ista quæ iusta ac uera sunt tenere non possumus. Locuples et speciosa multe eloquentia, quorum nihil consequetur si conclusionibus certis et crebris, et in unam prope formam cadentibus concisa, et contemptu ex his militate, et odium ex quadam seruitute, et ex copia faciem, et ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur non semitis, sed campis, non ut sonates angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi annes totis uallibus fluat, ac sibi uiam si quando non acceperit, faciat. Nam quid illa miseriis lege, uelut preformatas infantibus literas proficiunt et ut græci dicere solent, quem mater amictum dicit sollicite custodientium, propositione et conclusio, ex consequentibus, pugnantibus. Non inspirat, non augeat, non mille figuris uariet, ac uerget, ut ea nasci et ipsa prouenire natura, non manu facta, et arte suscepta magistrum faceri ubique uideantur. Ita Fabius monet in oratione, liberius disputandum esse, sed cum iudicare de causa uoles, ornatus argumentis detrahendus erit, eaque iusta formis syllogismorum illigare oportebit.

Argumentatio est institutam propositionem

PHILIP. MELANCH

nem ex alio colligere. Nam omnis proportionatio ad propositionem ut supra dixi de pronuntiato, dirigenda est tanquam ad scopum seu metanam. Nam probatio gignit propositionem.

Sunt autem species argumentationis quatuor. Syllogismus, Enthymema, Inductio, et Exemplum, sic enim numerantur, et nos a uulgari consuetudine non discedere decreuimus. Hic autem modi sunt adolescentes duplē esse de argumentatione questionem, alias enim de materia argumentorum præcipitur, a quibus rebus in unaquacumca causa trahenda sint argumenta, ut cum dubitatur de cede C. Caesaris, iusta sit an iniusta, unde argumenta haurienda sint quæ probent esse, iniustum, aut secus. Alias de forma argumentorum præcipitur, uidelicet inuenta materia qua forma coniectu debeat, ut intelligi possit membra recte aut secus coherere, ut enim artifex alias de materia deliberat ex quo corio calceus fieri debeat, ex qua specie marmoris statua facienda sit, alias deliberat de forma, lunatus nec calceus an gallica forma fieri debeat, militari ne habitu statua an togata fieri debeat. Ita Dialectico cum materia excogitanda est.

DIALECTICA.

da et inuenienda est, tum etiam forma argumentandi querenda, ad quam exigat materiam, ut uideat an recte coherent omnes argumenti partes. Nam forme Dialecticae traditae sunt, non ob hanc causam ut praeceps in loquendo eas imitaremur, esset enim ridicula breuitas illa et nimis iuina, sed ut in iudicando cum de aliquo arguento dubitatur, an ad rem presentem faciat cerneremus, responde ne an adposite quadrent ea quae colliguntur ad institutam propositionem. Sepe enim uiciose colligi ab imperitis uidemus quorum stultitiam urbanissimo epigrammate Martialis notauit, quod non grauabor adscribere, ut acuam curam in adolescentibus, si qui aliqua de re dicere aut scriberent.

Non de ui neq; cede, nec uenenō.

Sed lis est mihi de tribus capillis.

Vicini queror has abesse furto.

Hoc iudex sibi postulat probari,

Tu Cannas, Myrridaticumq; bellum

Et periuria Punici furoris

Et Syllas, Mariosq; Mutiosq;

Magna uoce sonas, manuq; tota-

Iam dic, Posthume de tribus capillis.

Et Socratis

PHILIP. MELANCH.

Et Socrates id uitij in Gorgia reprehendit, cum sit apud Platonem ὅτι νῦν ἔμοι δοκεῖσθαι τὸ πῶμα & κόλουθα, λέγειν δούσθαι σὺ μηδωνα οἰς τὸ πέπτον τὸ ἔλεγε. Marcus Cicero duas esse partes Dialecticae scribit, alteram inueniendi argumenta, alteram iudicandi. Ea quae continent rationem inueniendorum argumentorum. Topica vocatur, que tota traditur infra in locis, qui sic appellantur. Inde materia sumenda est cum aliqua de re dicendum erit. Reliqua tota Dialectica vocatur ueritatis, docet enim quomodo inuenta connexi debant, et iudicat utrum connexa inter se concordant. Nec putent adolescentes ex his syllogismorum formulis materiam dicendi petendam esse. Tunc cum aliunde oblata est materia, imitandae formule sunt in connectendo, et uidendum in quam formulam recte includi connexa poscit. Hoc mirifice conducte facere in omnibus causis uel cum docere alios, uel cum ipsis discere aliquid et pernitus introspicere cupimus. Et cum in aliqua conuersatione argumentum propositum est, prima cura debet esse consequentiae. Nam hoc nomen usurpat in scholis. Hoc est, primum omnium uidendum est, an argumentum sit inclusum alicui forme.

Et placet

D I A L E C T I C A .

Et placet consuetudo que nobis pueris erat in scholis, ut cum recitasset aliquis argumentum in disputando, statim subiiceret, consequentiam ualeare, quia quadraret ad modum Darly, aut Ferio aut alium quempiam. Vocant autem consequentiam bonam cum rite omnia coherent. Mala consequentia est cum uitiose coherent partes, ut si quis colligat, aliqui Philosophi sunt improbi, ergo Philosophia est mala ars. Aut hoc modo. Philosophia non est Euangelica doctrina, ergo Philosophia non est bona et utilis ars. Nihilo enim rectius coherent quam haec Architectonica non est Euangelica doctrina, ergo Architectonica est mala ars. Aut hec Cesar in Hispaniis est, ergo unum frigescit. Est autem bona consequentia ed tantum, cum aliqua specie argumentationis, syllogismo, ente memorante, in iustitia aut exemplo sine uitio, et iuxta precepta, que paulo post trademus, utimur. Porro de materia argumentorum precipitur in Topicis. Hoc loco, formas tantum ostendemus, ad, quas cum adstrinxeris materiam, tum deum cernes, quo modo omnia membra cohercent.

D E S Y L L O G I S M O .

Syllogismus

P H I L I P . M E L A N C H .

Syllogismus est oratio in qua ex duobus pronunciatis conclusio necessario sequitur, ut omnes magistratus sunt honore afficiendi. C. Cæsar est magistratus, igitur C. Cæsar est honore afficiendus. Veritas Dei est utilis et digna cognitione, Philosophia est ueritas Dei, ut eam Paulus appellat, ergo Philosophia est utilis et digna cognitione.

Sunt autem syllogismi partes simplices seu membra, tres termini seu uoces, Major, Minor, et medius terminus. Major est qui tantum in priore pronunciato ponitur. Minor est qui tantum in secundo pronunciato ponitur. Medius est, qui in utroque ponitur. Ita sunt duo pronunciata cum uox repetitur. Quod si ex pluribus terminis quatuor fierent, non necessario cohererent ipsa inter se, nec ex se gignerent conclusionem, ut uiciose colligatur. Magistratus sunt honore afficiendi, C. Cæsar erat calvus, igitur C. Cæsar erat honore afficiendus.

R E G U L A .

H

Ex solis

DIALECTICA.

Ex solis negatiis, Ex solis particularibus non potest offici syllogismus. Quanquam enim aliquando casu inde uera conclusio sequitur, tamen id non est perpetuum, ut,

Nullus asinus loquitur,
Nullus homo est asinus,
Ergo nullus homo loquitur.
Quoddam animal est homo,
Asinus est animal,
Ergo asinus est homo.
Quidam reges sunt prudentes.
Midas est rex,
Igitur, Midas est prudens.

Nam maior particularis significat aliquos reges sapere, uerum inde non sequitur omnes reges sapere. Nam ex uniuersali quilibet singularis aut particularis sequitur, Ex particulari non item. Et Dialectici prudenter tradidicerunt, nunquam in minore plus esse debere, quam erat in medio in maiore. Hanc regulam si quis meminerit uiciosos syllogismos facile deprehendet et iudicabit. Nam proximus syllogismus ideo est uiciosus, quia in minore

PHILIP. MELANCH.

tiore Midas ponitur, extra numerum regum, quorum in maiore mentio facta est, Plus igitur est in minore quam erat in subiecto maioris. Et ob hanc caussam diligenter preceptum est, ut in prima et secunda figura semper maior sit uniuersalis. Nec difficile esset homini acuto multas causas eius precepti colligere, Est enim ex natura ipsa sermonis sumptum. Sed ego nimilam subtilitatem consulto fugio, quia studia adolescentie, ut sepe animaduerti, remoratur. Et ingeniosi iuuenes per etiam sine monitore perspicient huiusmodi praceptorum fontes, modo usum artis sibi faciant, Vsus enim adfert lumen praceptis.

Aristotles etiam priusquam syllogismorum formas tradit, diligenter idem monuit, ut maior sit uniuersalis, et subiecto maioris uere contingatur subiectum minoris in prima figura. Loquitur autem suo quodam modo, in syllogismis affirmatiuis, aut esse oportere dici de omni, in negatiis dici de nullo. Est autem dici de omni, quando nihil sub subiecto maioris sumi potest, de quo praedicatum in conclusione non queat dici. Dici de nullo uocat. Quidquid remouetur a subiecto in maiore, H. ij remouea

DIALECTICA.

remouetur et ab omnibus quae sumuntur sub subiecto maioris. Hanc sententiam si quis altius inspectospererit, uidebit hoc simpliciter significari, praestandum esse ut maior sit uniuersalis, et ut subiectum maioris uere complectatur id, quod sub eo sumitur in minore in prima figura. Nam in hac syllogismi melius cohærent quam in reliquis. Aristoteles propter argutiam sermonis uidetur subobscurus, sed eadem sententia popularibus dicta uerbis nihil habet obscuri.

Vocant autem in scholis has duas regulas dici: omni, et dici de nullo, principia regulativa syllogismorum. Id quia traditur in uostibulo eorum librorū, qui d: formis syllogismorum scripti sunt, non uolui hic omittere. Et cum in ore sint omnium, usum tamen carum non multi norunt. Constituent autem cauſam economiae seu dispositionis syllogismorum. Et sicut alie nō uocat, evocat, ut uocant, natura nota sunt sine doctoribus, sicut natura assent mur huic sententia, Totum est maius qualibet parte. Ita syllogismorum dispositio nem natura approbat, docetq; primum ponendam esse cauſam conclusionis, deinde accommodandum esse

PHILIP. MELANCH.

esse subiectum conclusionis ad illam cauſam. Ita necesse est sequi conclusionem, id docent regulae ille Aristotelis, iubet enim ita disponi syllogismum ut in maiore poratur cauſa, ex ne subiectum minoris extra cauſam illam ueretur, ita sequi conclusionem necesse est, Itaq; necesse est maiorem uniuersalem esse. Porro hec dispositio proprie est syllogismorum prime figure ut in experiendo poterit. Nam hi sunt perfectissimi. Secunda figura syllogismi conuersa una propositione illigari formis prime figura possunt. Proinde recte uocant illa precepta, regulativa principia, ostendunt enim quomodo disponi syllogismi, iudicio communis sensus debent. Nec opus est procul querere harum regularum interpretationem, si quis sensum communem consuluerit, statim intelliget eas. Nam ut Arithmetica et aliae artes inicia sumunt a sensu communi. Ita Dialectice principia nobiscum nascuntur.

ALIA REGVLA.

In syllogismo non sint plures termini quā tres. Nihil, n. docet hec ratiocinatio, quia nō cohæret.

H. iii Omnes

DIALECTICA.

Omnis magistratus debent vim iniustam nisi prohibere,

Petrus est apostolus,

Ergo debet ferro vim a Christo depellere.

Nam hic quatuor termini sunt, magistratus, vi depellere vim, Petrus, et Apostolus, sunt enim diversi termini, magistratus et Apostolus. Nam magistratus est qui gerit gladium ad prohibendum vim iniustam, Apostolus est qui Evangelium docet. Et diversa sunt haec officia, Quod si Petrus fuisset magistratus Christi, debuisset defendere eius vitam, quemadmodum aliorum bonorum ciuium salutem tueri magistratum oportet, sed quia Petrus erat homo priuatus non licuit ei armare capere aduersus legitimos magistratus, qui Christum prehenderunt.

Et hoc preceptum late patet, quia enim non debent in syllogismo quatuor termini esse, & μέσον diligenter utanda sunt, Quale est hoc.

Nulli reges reddunt tributa magistratus

Omnis Christiani sunt reges,

Ergo nulli Christiani debent tributa magistratus solvere.

Nam

PHILIP. MELANCH.

Nam rex in maiore civiliter accipitur. In minore μεταφορικῶς, pro eo qui dominatur morti et peccato, quare indicari debet, diuersa vocabula, seu diversos esse terminos.

Quidquid emisti, comedisti,

Crudum emisti,

Ergo crudum comedisti.

Hic in maiore nomen est substantie, quidquid in minore nomen est accidentis, crudum. Plus igitur est in minori, quam in subiecto maioris.

Quod ego sum, tu non es,

Ego sum homo,

Ergo tu non es homo.

Verbum sum est α. μ. Κίστορ, nam alias significat naturalem existentiam, ita in maiore accipitur, alias significat Dialectice communia uocabula de angustioribus praedicari. Petrus est homo, Paulus est homo. Hoc modo in minore accipitur. Sunt igitur in illo syllogismo quatuor termini.

Meminerint et hoc adolescentes, quod medium nunquam inscritur conclusioni. Nam medium causa est, cur in conclusione prædicatum subiecto

H. iij. infit

DIALECTICA.

in sit. Quare in utraq; propositione ante conclusio nē poni oportet, nec repeti in conclusione potest. Nam ut supra dixi, maior causa m conclusionis continet, minor accommodat subiectum conclusionis ad causam. Et docet eam dispositionem natura. Nec causa illius alia querenda est.

Cicero uocat syllogismum ratiocinationem, in libro de inventione. Et facit quinq; partes Syllogismi, Verum ipse maiori & minori addit probations. Idem fere facit Quintilianus qui etiam nōcat ἐπιχειρία, quos hic syllogismos adpellamus. Hęc si obseruaueris, facile intelliges ea que praeceperunt Rethores de Syllogismo.

Sunt autem figurae syllogismorum tres. In prima Figura, medium est, in maiore subiectum, in minore predicatum.

MODI QVATVOR SVNT.

Modorum alijs sunt uniuersales, alijs particulares, alijs affirmatiui, alijs negatiui. Hic monendi sunt pueri, conclusionem semper fieri particularē, si altera

PHILIP. MELANCH.

si altera propositionum sit particularis, Negatiua, si altera propositionum sit negativa. Porro appellationem accipit modus a conclusione.

Ba Omnes res diuinæ sunt colende.
ba Omnes leges magistratuū sunt diuinæ ora-
ra ergo, Omnes leges sunt colendæ. Cula,

Ita Dialecticus breuiter comprehendit argumentum, Rhetorica addit elocutionem, quæ non inanem fucum cauſe inurit, sed reddit illustriorem & magis conspicuam rem, ut proprius cerni possit. Adparct enim maiorem fore clariorem, si quis similitudinem, si aliquos gestus orationi addat. Sicut sceleratū ex amentem esse omnes iudicarent eum, qui ausus esset sacras cérimonias in templo pedibus conculcare, ita execrari debemus eos ex iudicare non esse sanos aut suæ spontis, sed furijs agitari, qui publicas leges audent reprehendere, aut contumelia afficerē.

Ba Bonorum virorum consentientes sententie sunt ueræ.
ba Animam hominis esse immortalē boni vi-
H v ri magno

DIALECTICA.

*ri magno consensu dicunt, Ergo.
Animas immortales esse, uerum est.*

Hic syllogismus totidem fere uerbis apud Platonem extat in epistola quadam ad Dionysium. Εἰ δὴ καὶ ἐγώ τεκμήσομαι ποιῶμαι, οὐτι τις ἀλλοκοις τοις τεθνεῶσι τῷρι τὸν ἐνθάδε, ὃι γὰρ σέλτισαι ψυχᾶι μαντεύονται ταῦτα. Σύντοιχος δὲ μοχθηρότεροι οὐ φασι. κυριότερα δὲ τα τῷρι θεῖωρι ἐνθῆσθαι μαντεύει μάται, οὐ τὰ τῷρι μάται. Hic primo loco posita est conclusio, quod existimet sensum aliquem in mortuis esse. Secundo loco posita est minor, Bonos uiros sic sentire. Maior sequitur, κυριότερα δὲ τῷρι θεῖωρι μαντεύει μάται, Ita sine ornamento eo loco nudus syllogismus recensetur.

- Bar Omne animal est substantia,
- ba Omnis homo est animal,
- ra. Ergo, omnis homo est substantia.

Hoc exemplo idco utor, quia facile est hic uidere medijs dispositionem. Et imperiti in his uocabulis animaduertere possunt, quomodo communia

uocabula

PHILIP. MELANCH.

uocabula gignant conclusionem. Medium fere est communius nomen subiecto conclusionis, saepe genus est, saepe species est, cum subiectum conclusionis est singulare. Et de medio in maiore dicitur aut aliud nomen communius, aut differentia, aut accidentis. Talem dispositionem uocum communium & minus communium ualde prodest obseruare, Sed tamen exercendi sunt adolescentes syllogismis sumptis a rebus communibus ac ciuib. quia ibi artis usum uidentur. Et monstrant preceptores etiam in ciuib. exemplis uoces communes, ex minus communibus, ut intelligi possit quomodo ad regulam, Dici de omni, quam supra tradidimus, syllogismi dispositio quadret, Ita coagulationis uocibus communibus & minus communibus, ut subiectum minoris uere continetur in subiecto majoris tanquam in uoce communiore, aut certe non angustiore.

- Bar Omnis legitima uindicta que fit per magistratus, est licita Christianis,
- ba Omne legitimum bellum est uindicta que a magistratu exercetur,
- ra. Ergo, Omne legitimum bellum est licitum Christianis.

Celar

DIALECTICA.

- Ce Nullum animal est lapis.
la Omnis homo est animal.
rent. Nullus homo est lapis.
- Ce Nulli ambicioſi ſunt idonei ad docendam Eccleſiam,
la Omnes neophyti ſunt ambicioſi, ergo
rent. Nullis neophytiſis committendum eſt mu-
nus docendae Eccleſie.

Minorem magis perſpicuam faciet elocutio,
ſi quis colligat exempla adolescentium, qui per am-
bitiōnem perturbarunt Republicas. Sicut et
apud ueterem Poetam, cum interrogat quifpiam,
Ecqui perdiſerint Rēpublī. Respondet Poeta,
Oratores noui, adolescentuli, ſtulti.

- Da Omne animal eſt ſubſtantia,
ri Petrus eſt animal. Ergo
i. Petrus eſt ſubſtantia.
- Da Vim ui repellens iuste facit.
ri Milo occiſo Clodio vim ui repulit,
i. Igitur, Milo occiſo Clodio iuste fecit.

Eſt C

PHILIP. MELANCH.

Et ex hic uidere apud Ciceronem, quanto-
do addat elocutio lucem, et pondus huic proposi-
tioni, Vim ui repellere licet.

- Fe Nullum regnum ſcelere partum eſt diu-
turnum,
ri Philippi Macedonis regnum eſt ſcelere
partum,
o. Ergo, Non potuit eſſe diuiturum.
Hic ſyllogismus eſt in ſecunda Olyntiaca a
Demosthene tractatus.

καὶ μὴρ ἔιτις υμῶρ ταῦτα μὲν οὐτως
ἔχει γεται, οἵτε τὸ εἰα καθίσει ἀνθράκη
προγματα, οἱ τὰ χωρία, καὶ λιμένας καὶ
τὰ τοιαῦτα προειλκεναι, οὐν ἐγενόεται
ὅταρ μερὶς χωρὶς ὑπὸ δυνοῖς, τὰ πραγματα,
συσῆ, καὶ τῶσι ταῦτα συμφένῃ τοῖς μετέ-
χουσι τοῦ τολέμει, οἷοὶ συμπονέντες Θ φέ-
ρει τὰς συμφορὰς, καὶ μλιδρὶς θελοντεῖς
ἄνθεωποι. ὅταρ δὲ τολε: νεξίσει οἷοὶ τονι-
ρίας τις ὥσπερ οὐτὸς ιχνοῖς, οἱ πρώτη πρό-
φασις καὶ μηρός πᾶς μα, απαντα ἀνεχαὶ
τισε καὶ διέλυσεν. οὐ γα δέημ, ουκ δέημ ὃ δέη-
σε

DIALECTICA.

δρές ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα οὐκ ἐπιορκοῦνται,
Ἐγενόμην, δύναμιν βεβαίαρικτοσαδή,
ἄλλα τὰ τοιαῦτα ἔιε, μάν ἄπαξ οὐλὴ βροχήν
ζευνομ ἀντέχει, οὐλὴ σφόδρα γε ἀνθίστηται
τοις ἐλπίσιμον τύχην, θεὶς χρόνῳ δὲ φωράται,
καὶ περὶ ἀυτὰ καταφέρε. ὁσπερ γαρ δικίας
δικαία, καὶ τῷ λοίον Εἴ τῷρ ἄλλων τῶν τοιού-
των, τὰ κάτωθεν τούχου τατα ἔνοια δεῖ, οὐτο
οὐλὴ τῷρ ωροφέων ταῖς ἀρχαῖς οὐλὴ ταῖς ὑπο-
δέσεις ἀληθεῖς οὐλὴ δικαίας ἔνοια ωροσήκα.
τότε δὲ οὐκ ενι τῷρ ἐν τοῖς ωεπραγμένοις
φιλίππῳ.

Hunc locum adscripsi, ut uideant adolescentes
quomodo ad propositiones accedit ornatus. Initio ponitur conclusio, non posse esse diuturnum
Philippi imperium. Deinde sequitur maior, que
est mirifice tractata, et amplificata circumstan-
tiis et causis, quod non maneat in officio illi qui
ui continentur, sed ad primam occasionem, ac le-
uem offensionem defecturi sint. Addita ratio est,
quia regnum periurijs et fraude partum non sit
diuturnum, sed aliquandiu floreat, dum id spe-
rant homines armis et ui defendi posse, sed tem-
pore

PHILIP. MELANCH.

pore collabitur. Accedit similitudo, ut edificio-
rum fundamenta oportet firma esse, ita et causa-
sas negotiorum oportet iustas esse. Maiorem se-
quitur minor paucissimis uestibus, Res Philippi no
habent se hoc modo. Vide quantum accedit lucis
huiusmodi locis scriptorum, si quis ad hunc mo-
dum ad precepta Dialectices reuocet. Et pertin-
et ad officium preceptoris in enarrandis bonis
autoribus praesertim in locis insignibus ostendere
propositionem ac argumentorum ordinem hoc
modo. Sed prudenter quædam ad hanc rem ada-
bibenda est, ne superstitiose singulos uestitus, aut
singulas uoces putent preceptis Dialectices illi-
gandas esse. Liberius aliquanto est oratio, ita
tamen, ut membra principalia certa quadam arte
connectantur.

- | | |
|----|--|
| Fe | Nullum animal est lapis, |
| ri | Plato est animal, Ergo, |
| o. | Plato non est lapis. |
| Fe | Malum bene conditū non est mouendum |
| ri | Plaeratq; veteres ceremoniæ sunt malum
bene conditum, |
| o. | Ergo, non sunt mouende. |

Addic-

DIALECTICA.

Addiderunt et^r alios modos, quorum nullum video usum esse in sermonc communi. Et ita cognatae formae sunt his modis quos tradidi, ut etiam ab indoctis agnosci similitudo posse. Nec ullus syllogismus in prima figura contexitur, qui non in aliquem illorum modorum includi possit, quos tradidi.

In secunda figura medium in maiore et minore praedicatum est.

- | | |
|-------|--|
| Cæ | Nullus lapis est animal, |
| sa | Omnis homo est animal. Ergo |
| re. | Nullus homo est lapis. |
| Cæ | Nemo Christianus laedit magistratum, |
| sa | Omnes seditionis laedunt magistratus, |
| re. | Ergo, Nulli seditionis sunt Christiani. |
| Cæ | Omnes Christiani colunt magistratus, |
| mes | Nulli seditionis colunt magistratus, |
| tres. | Ergo Nulli seditionis sunt Christiani. |
| Fes | Nemo deditus luxui est studiosus bonarum artium, |
| ti | Cælius est studiosus bonarum artium. |
| no. | Ergo, Cælius non est deditus luxui. |
| Ba | Omnes qui ex Deo sunt, uerbum Dei audiunt, |

PHILIP. MELANCH.

- | | |
|-----|---|
| ro | Pharisei uerbum Dei non audiunt; |
| co. | Ergo Pharisei non sunt ex Deo. |
| | Barbara, Celarent, prime. Darij, Ferioqz. |
| | Cesare, Camestres, Festino, Baroco secunde. |

Tertia figura est, in qua medium ponitur subiecti loco in maiore et minore. Nec sans tam mollier coherent huius figure syllogismi, ut superiorum, id quod intelligi potest, si syllogismus in enthymema mutetur. Itaqz Laurentius Valla non leviter stomachatur hoc loco, et Aristotelem tanquam capitali iudicio accusat, quod hanc figuram tradiderit. Sed Valla dum nullum rixandi finem facit, sere etiam incurrit, ut sit ab iracundis, in illos qui nihil peccauerunt. Mihi non tam p. umbeo ingenio Aristoteles fuisse uidetur, ut nulla de causa tertiam figuram tradiderit. Est enim reperire exempla eius figure, in quibus, si mut's dispositio medij, feceris totum syllogismum obscurum. Quanquam igitur non sit coagentatio tam concinna uocum in hac figura, quam est in superioribus, tamen quia sap: uti ea commode possumus, non fuit haec figura prætereunda. Exstat enim exemplum cuius in Ellangello.

DEUS

DIALECTICA.

Deus est Deus uiuorum,
Deus est Deus Abrahe,
Igitur Abraham uiuit.

Hic si quis alterutram propositionum mutauerit, argumentum obscurius crit. Et multa similia exempla obseruaui, que me mouent, ut hanc figuram non ducam esse repudiandam. Sequamur igitur ueterem scholarum consuetudinem, nec nobis excuti de manibus ueterum inuenta sinamus, sed ea tanquam sacra colamus & ueneremur.

M O D I S E X.

- Da Omnis superbia habet calamitosos exitus,
 - rap Omnis superbia oritur ex secundis rebus,
 - ti. Ergo, Sæpe res secundæ habent calamito-
 - sos exitus.
 - Fe Nulla uirtus est fugienda,
 - lap Omnis uirtus paratur labore, Ergo
 - ton. Quidam labor non est fugiendus.
 - Di Ius naturale concedit uim ui depellere,
 - se omne ius naturale est ius diuinum
 - mis. Ergo ius diuinum concedit uim ui depellere.
- D6

PHILIP. MELANCH.

- Da Omnis cognitione uirtutum necessaria est oratori,
- i Cognitione uirtutum est philosophia,
- si. Ergo philosophia est necessaria oratori.
- Bo Preuocatio non est prohibita Christianis, nam Paulus ea uitetur,
- tar Omnis prouocatio est contendere in iudicio,
- do. Ergo, Contendere in iudicio non est prohibi-
- bitum Christianis.
- Fc Nulle ueteres leges, sunt e Repub. tollenda,
- ri Plerèq; ueteres leges habent aliquid uicii,
- son. Ergo, Quædam uicia non sunt tollenda e Rebus publicis.

Nomina modorum fixerunt certo consilio, quare nos mutare nolumus. Nam uocales sunt notæ affirmationis, negationis, uniuersalium, & particularium.

- A Designat uniuersalem affirmatiuam.
- E Designat uniuersalem negatiuam.
- I Designat particularem affirmatiuam, aut singularem.
- O Designat particularem negatiuam, aut singulariem.

Iij In secun-

D I A L E C T I C A .

In secunda et tertia figura prima litera unius cuiusq; modi subindicat eum modum reduci posse ad similem modum primæ figuræ cuius idem est initium. Quia enim durius uidentur syllogismi secundæ et tertie figuræ coherere, docet Aristoteles illorum dispositionem ita probari posse, si intelligentur modis primæ figure. Idq; sit alias maiore, alias minore conuersa, nonunquam etiam transpositis propositionibus. Multa traduntur eadem re precepta, quæ quidem non contemno, ualent enim ad exercenda acuendaq; ingenia. Rectius enim perspicuunt consequentiam s. u. dispositionem illi, qui retexunt syllogismum, et uarie connectunt, Oratio enim pleruq; ut cera flexibilis est, et facile alias formas induit. Ego tamen certo consilio hæc precepta de reductione syllogismorum, ut uocant, omisi, quia summam quandam compendiariam artis trado, qualem initio prodest discere, ut uim atq; usum artis in preceptis, quorum usus est frequentissimus, cognoscant. Nam in omni generi studiorum uideo conducere, ut primum quædam artis, quam quis utiliter discere uoleat, summa seu methodus pingui minerua tradatur, hac cognita licet attingere illa, quæ putantur esse subtiliora.

Et ratio

P H I L I P . M E L A N C H .

Et ratio reducendi syllogismos propter uarietatem præceptorum difficulter uidetur adolescentibus. Et in communi sermone, ac disputationibus doctorum nullum fere habet usum. Nam cum syllogismum ex secunda figura in primam transtulimus, prorsus fit alia medijs dispositio, itaq; iam ad eam causam, ad quam factus est non satis apte quadrabit, ut res ipsa ostendit.

Nam secunda figura aptissima est aduersariis sententijs. Prima non item.

Nullum peccatum est honore afficiendum,
Scriptura præcepit magistratū honore affici,
Ergo, scriptura docet magistratus gerere non esse peccatum.

Si transferas ad Ferio mutata medijs dispositio fit obscurior oratio, nam maior est conuertenda. Nihil quod honore affici debet, est peccatum. At quanto magis perspicua est oratio, Nullum peccatum est honore afficiendum.

Quanquam uera oratio magis perspicua sit,
I iij non

DIALECTICA.

Non perinde cernitur, cum finguntur exempla.
In serijs actionibus magis est uidere quantum rea
ferat non mutari dispositi.onem medijs. Nam ibi
sepe, mutata dispositione, tota res fit obscurior.
Concinna est argumentatio in tertia figura.

D_a Deus est Deus uiuorum,
ti Deus est Deus Abraham,
si Ergo, Abraham uiuit.

Datisi reducunt ad Darij tanquam ad mo-
dum maxime similem, quare hic syllogismus ita
mutandus erit.

D_a Quicunq; habent Deum, illi uiuunt,
ri Abraham habet Deum,
i. Igitur Abraham uiuit.

Nor absurda argumentatio est. Naturaliter es-
tit, ut bone consequentie in alijs figuris transfe-
ri possint ad primam figuram. Tam commoda dia-
positio est in prima figura, sed tamen, cum idem
argumentum in tertia figura disponitur, maior
significantia eff. Et hanc sententiam. Deum esse
protectorē, et defensorem uiuorū. Nam qui non
sunt, nihil habent opus defensore et custode.

Qui

PHILIP. MELANCH.

Qui uulgo in scholis tradiebant reduc-
tione syllogismorum, neq; utilitatem eius rei aliquā
ostendere poterant, neq; causas et fontes perspi-
ciebant, cur toties idem syllogismus variari posset.

Si quis tamen haec praecepta penitus uoleat
cognoscere legat Aristotelem, sed hunc nemo in-
telliget, nisi quandam artis summam ad cum attua-
lerit, et prius aliqua ex parte scierit, quis sit
iusus Dialectices. Nobis pueris enarrabatur Ari-
stoteles in scholis ab imperitis hominibus, qui e-
loquentiae studia non attigerant, qui nullum stylū
uiuum habebant, qui non erant uerfati in subtilibus
et grauiis cōtrouersijs. Hi cum neq; uim neq;
usum artis perspiccerent, non poterant exilia et
obscura praecepta illustriora reddere. Nos igitur
elegimus ex arte ea, que maxime necessaria uide-
bantur, et ad haec usum magnum scribendi ac di-
sputandi de grauiis rebus accedere uolumus.
Hic usus accut iudicium, ut plura praecepta non
magnopere requirenda sint. Et si quis requiret il-
la, sic instructus Aristotelem uulter leget et sine
magno negotio assequi poterit. Ceterum ut clau-
dis pilam retinet, Sic Aristotelem habent in ma-

I iij nibus

D I A L E C T I C A .

nibus isti, qui ad eius electionem, non adhibent usum
scribendi aut tractandi iudicandiq; graues et sub-
tiles controversias. Hæc de reductione syllogis-
morum satis sit monuisse. Meo iudicio longe
præstat cog. re adolescentes, ut multos syllogismos
varijs de rebus fingant, quam preceptis reducendi
syllogismos onerare, cum causas reducendi etas
illa uix perspicere posse.

D E S Y L L O G I S M O E X- P O S I T O R I O .

Magna lus est syllogismi expositorijs, et usus
eius aliquando esse in subtili disputatione potest,
quare et nos mentionem eius hic faciendam esse
duximus.

Est autem syllogismus expositarius, in quo
medium est singulare. Et fit in tertia figura come-
mod. ßime.

Hoc est animal,
Et hoc est homo,
Ergo, homo est animal.
Pauli prouocatio erat licita,
Et Pauli prouocatio erat contenta
dere in

P H I L I P . M E L A N C H .

dere in iudicio

Ergo contendere in iudicio est licitum.

Habet caussam hæc consequentia in natura
posita, quandam novam et novo, ut vocant, loco
est sententiam quæ omnis natura docet, de qua sa-
tis est sensum communem consulere. Agnoscent
enim eam ac probant omnes sicut, si tamè admence-
antur. Quæ uni alicui conueniunt, illa mar se-
quoq; conjuncta sunt.

Fit et negativa hoc modo.

Plato non est asinus,

Plato loquitur,

Ergo quiddam quod loquitur, non est asinus.
Petrus non gesuit imperium, seu nihil constituit
de ciuili administratione regnorum,

Petrus gesuit claves a Christo traditas,

Ergo claves a Christo traditæ non sunt gerere
imperium, aut regna mundi constitueri c.

Est et huius consequentiae ratio sumpta a com-
muni sensu. Quando aliquid remouetur ab aliquo,
remouetur ab his etiam, quæ illi coniuncta sunt. Et
hæc ratio docet oportere sicut in alijs bonis syllo-

I V gismis

DIALECTICA.

gisnis, ita hic etiam alteram propositionem affirmatiuam esse. Nam ex solis negatiis, ut supra dictum est, non recte sit syllogismus.

Est autem usus syllogismi expositoriū duplex. Primum enim docet, quonodo ex singularib. pro positionibus colligenda sit aliqua communis. Porro cum omnis humana cognitio a sensibus oriatur, sensus autem circa singularia versentur, unde mens communes imagines & sententias transfert. propemodum hēc via argumentandi prima est in natura, sepe igitur ea utimur, quia frequenter ab exemplis & experientia dicimus argumenta quae hac forma connectuntur.

Iste est levatus tu si,
Iste est usus Glycyrriza,
Ergo utens Glycyrriza levatur tu si.

Aler usus est, communes propositiones expōnere ac uelut ostendere subiecta singulari. Si quis proposita communi propositione dubitat, utrum magistratum gerere liceat, res fit clarior, subiecta singulari. David erat p̄us, David gesit magistratum, ergo magistratus gerere licitum est.

Item

PHILIP. MELANCH.

Item communis propositio est, Non sunt leti exitus Tyrannorum, hec fit clarior subiecta singulari Phalaridis exitus tristis fuit, Phalaris erat Tyrannus, igitur non sunt leti Tyrannorum exitus. Ad hunc modum etiam in Rhetorica docent communes propositiones exponere subiectis exemplis. Et Aristoteles propterea uocauit expositionem, hanc argumentandi formam, quia explicet communes propositiones. Docet autem cum altos obsecuros syllogismos tum maxime eos, qui in tertia figura fiunt, probare per expositarios, seu reducere ad expositarios hoc modo.

Di Prouocatio est licita Christianis,
sa Prouocatio est in iudicio contendere,
mis. Ergo, in iudicio contendere Christianis licet.
Si quis de hac conclusione dubitet, resolvantur premissae per expositionem.

Maiori subiectiatur singularis.

Pauli prouocatio erat licita,
Subiectiatur & minori singularis,

Pauli prouocatio erat contendere in iudicio.

Hinc fit eadem conclusio, Ergo, in iudicio contendere Christianis licet.

Cum

DIALECTICA.

Cum autem hæc conclusio recte effici posset ex propositionibus syllogismi expositorij, debet etiam sequi ad propositiones prioris syllogismi. Nam expositorius syllogismus nihil est nisi quædam communium propositionum explicatio. Non igitur mutat conclusionem, tantum præcedentes propositiones reddit magis perspicuas. Proptermodū ob hanc caussam existimant adolescentes, reduci syllogismos ad expositionē, Semper enim prodest communes propositiones exponere per singulares propositiones tanquā per exempla. Idq; sepe fit in omni sermone, & in disertorum scriptis, ut apud Ciceronem cū docet, principes rerum publicarum non debere præcipites esse, & contationē prodesse in magnis rebus gerendis, fere totidem argumentatur uerbis communem sententiam exponens per singulares propositiones.

Fabius Maximus seruauit urbem Romam,
Fabius Maximus fuit contator,
Ergo contatio seruat respublicas.

Possem infinita huiusmodi exempla adferre.
Nam incurruunt tales argumentationes in quotidianum

PHILIP. MELAH.C.

diarium sermonem etiam ignorantibus, ut
Christus est passus,
Christus est filius Dei,
Ergo, filij Dei affiguntur.

Est enim, ut supra dixi, prima hæc uia argu-
mentandi quam natura ipsa nos docet. Sed ars est
obseruare in sermone, an membra rite coniuncta
sint, Ideoq; sit eius in Dialectica mentio, ut certa
quandam dispositionem teneamus, in qua facile
membra confici & iudicari possint.

Ad extremum hoc monendi sunt præceptores
ut in enarrandis autoribus sepe ostendant usum
Dialectices, argumenta que in manib; habent il-
ligent formis dia'ctices, Ita non tantum artis uia
perspicient auditores, sed etiam melius intelligent
eorum autorum sententias in quibus uersantur. Re-
uocent etiam in scholas morē disputationi, et caussas
sumant non inanes, quales olim agitabantur, sed ui-
cundas & utiles moribus. Omne tulit punctum,
qui miscuit utile dulci, ut Horatius inquit. Quare
eligant tales matrrias que simul delectent, et for-
ment iudicium de rebus, quarum in hac communi-
uita cog-

PHILIP. MELANCH.

DIALECTICA.

Nata cognitio necessaria est; ut iure ne Cæsar imperium perfectum sit, iure ne Germani titulum imperij possident. Liceat ne Christianis bella gerere, exercere magistratus. Liceat ne fures suspendere. At oporteat Christianos discedere a facultatibus suis, easque in commune conferre. Recte ne fecerint Apoſtoli, cum uiolarunt tradiciones Pharisæicas. Quid interfit inter Christianam iusticiam, & ciuitatem seu Philosophicā iusticiam. Quid sit iustitia Christiana. Quid poenitentia. Quid sit fides. Recte ne Aristoteles scripsierit iusticiam communis consistere in proportione Arithmeticā, Distributiuā in Geometricā proportione. Et de rationum natura. Quæ causæ sint Eclipsiē solis ac lunæ, cur non singulis mensibus accidat Eclipsiē lunæ, cū in oppositione semper videatur terra inter solem et lunam posita. An fuerit naturalis Eclipsis quæ accidit sub mortem Christi. Quæ sint causæ cur spacia dierū non sit æ qualia. Cur alijs locis uariant eodem anni tempore dierū spacia. In talibus controversijs facile possunt argumenta repetiri in tanta copia rerum quas continent. Et habet uoluptatem maximam tantarum rerum subtilior tractatio, & adfert utilitatem non contemnendam.

Et ut

Et ut imperiti facile possint arguments excedit admonent preceptores, quod plerumq; in maiore ut uocant, collocari possit aliqua gnomæ, aut lex, aut alia communis sententia, seu locus communis. Id si qui animaduertent, sine magno negotio fingent arguments. Et hæc exercitatio efficit, ut maior studio communes sententias & locos communes in unaquæ disciplina obseruent. Plurimum autem prodest, habere supellectilem copiosissimam communium sententiæ, legum & preceptorum.

Cicero precipit aliquoties, ut in causis transferatur oratio ab hypothesi ad thesi, propter eam quod omnis oratio de locis communib. sit uberior et splendor. Porro in faciendo syllogismis, natura cogit nos a thesi ordiri, et hypothesim in conclusione ponere. Proinde quemadmodum orationem oportet habere locos communes bene meditatores, ita in eodem genere exerceri uelim eos qui dant operam Dialectice. Cum controuersia proponitur, admoneat preceptor ad quem locum communem referenda sit, ut ex eo suuant theses, hoc est maiores, ut si disputetur, quod

DIALECTICA.

quod licet bellum aduersus Turcas gerere, Locus communis est, de iudicata. Est enim ut dicta belli genus, Hic percurrente sunt animo sententiae et quae vindictam prohibent, et quae permittunt, et eligendae, quae ad rem uidetur esse facilius.

Requireret a iquis hoc loco fortassis etiam, ut de viciosis syllogismis dicam, et de ratione dissoluendi viciosa argumenta, quemadmodum Aristoteles fallacias compositi, ut agnosciri viciosa rationicationes possint, sed infra de ea re pauca quedam precepta trademus. Quanquam magna ex parte deprehendi et dilui mala argumenta possunt, si quis diligenter meminerit eas regulas, quas supra recitauimus, Ne ex puris particularib. fiat syllogismus, Neque relinquatur in syllogismo vox ambigua.

DE ENTHYMEMATE.

Enthymema est multilatus syllogismus, sit illa omissa aut maiore, aut minore, ut,

Graecos fuit sediciosos,

Igitur iure occisus est. Hic maior de est, Sed di-
ciosos

PHILIP. MELAH.

ciosos licet interficere.

Sediciosos licet occidere,

Igitur Gracchus iure occisus est. Hic deest minor, Gracchus fuit sediciosus.

Dissimulatur autem altera propositio de industria, alias studio bruitatis, cum odiosum et longum uidetur recitare propositionem que se ultra offert, alias cum parum firma uidetur, ut proficit eam non exprimi, ut Alexander est ebriosus, igitur parum strenuus est. Nam prætermissa propositio infirma est, Ebriosi non sunt strenui, Et Aristoteles ob eam caussam dixit enthytema constare ex signis, quia uidit maxime usurpari formam enthytematis, quando a signis argumenta ducuntur, ubi necesse est aliquam propositionem infirmam uerecunde prætermittere.

Prior Enthymematis pars dicitur Antecedens, Posterior dicitur Consequens. Consequentia uero appellatur ipsa connexio, quae cogit semper distinctam propositionem requiri. Et diligenter in scholis assuefaciendi sunt adolescentes, ut obseruent, quando sit negandum Antecedens, quando

K

. onsea

DIALECTICA.

consequētia sit neganda. Atq; hæ appellationes membrorum enthymematis, retinendæ sunt, ut di-
serit singularum propositionum uicia, cum opus
est ostendi possint.

Hic antecedens est negandum.

Poetæ docent inutilia,

Ergo Plato iure elecit eos e ciuitate.

Hic consequētia neganda est.

Episcopi non rite gubernant Ecclesiæ,

Ergo licet populo cogere eos armis ad abdi-
candos Episcopatus.

Semper autem ita cerui poterit, ubi sit enthymematis uicum, si statim in integrum syllogismum mutabitur, in quo facilius est uidere quæ proposicio sit falsa.

Ex posteriore Enthymemate fit hic syllogismus. Omnes magistratus, qui male administrant commissum munus, debent armis cogi a subditis, ut abdcent magistratus.

Episcopi male gubernant Ecclesiæ,

Ergo Episcopi sunt cogendi armis ut abdcent Episcopatus.

Maior est falsa.

Nam

PHILIP. MELANCH.

Nam magistratus omnes colendi sunt, etiam si officium suum non faciant. Seditio ex parricidio est sumere arma aduersus magistratus.

Vocabulum *Evōb̄yanua*, significat cogitationem. Et hanc argumentandi formam adparet sic appellatam esse, quia hic non longa supputatione, ut sit in syllogismis utimur, sed breui cogitatione uidemur moueri. Propemodum ut germani subitam cogitationem uocant *ein zusäl*, uel *ein be- denken*. Nam id nomen etiam germani de breui ratione usurpat, ut, Non emam uestem, deest enim pecunia. Porro mu tum in omni sermone utimur enthymematibus, uel aperte, uel tacite. Sape enim cum non uidemur argumentari, tamen argumentum una uoce notamus, qualia sunt. Quid agerem cum ebrio? Puer indulgentia parent um corruptus difficulter a præceptoribus regitur. Apud Livi. de Alexandro. Ille ne qui temulentum agmine commessabundus incœpit, par esset Romanis? Sunt enim in his uerbis Enthymemata, temulento agmine, ex commessabundus incœpit, si quis explicet. Temulentum agmen est imbelli, Ergo non est par Romanis. Et commessa-

Kij bündus

DIALECTICA.

bundus dux non est fortis, Ergo non est par Romanis. Ita solent in omnem sermonem tacite spargi enthymemata. Nec nihil addunt ponderis hoc modo a sparsa, quare de hoc genere rhetores preceperunt, ne sit inanis oratio, sed ut habeat pleraque uerba, etiam cum non argumentamur, sensu aliquo timcta, ut Fabius ait, quae admoneant auditorem argumenti, aut grauis alicuius sententiae.

Ceterum manifesta enthymemata innumerabilia ubique reperiuntur, quae quia facile comprehensibili possunt, modo non sint ignota precepta de forma enthymematis, nihil opus est hic adscribere multa exempla. Nonnunquam quia sunt amplificata et ornata argumenta pluribus uerbis, non perinde agnosciri possunt ab imperitis, nisi detracto ornatum, ut apud Ciceronem extat hoc argumentum.

Magni uiri in ocio aliquid agere debent
Ego igitur in ocio orationes scripsi.

Sed ipse pluribus uerbis recitat hanc sententiam. Nam quas tu commemoras Casii legere te soletere orationes, cum ociosus sis, has ego scripsi rudis et feruis, ne omnino unquam essem ociosus, Etenim

M. C.

PHILIP. MELANCH.

M. Catonis illud quod in principio scripsit originum suarum semper magnificum et preclarum putauit, Clarorum uirorum atque magnorum non minus oculi quam negotij rationem extare oportet. His prior periodus continet consequens, posterior continet antecedens. Huiusmodi argumenta apud scriptores iudicari melius poterunt, cum praeципue propositiones excerpuntur et formis Dialecticis includuntur.

Sæpe autores ipsi coniungunt uadas propositiones, proorsus Dialecticorum more, Ut Demosthenes. Successus seu secunda res infatuant imperitos. Ergo difficilius est retinere parta bona, quam parare. Id enthymema extat in prima Olynthias οταδις εν τηλεπιφυ παροια την δεξιην, αφοριδ του καιωσ φριερ τοις ανοικτοις γινετη, διο πρ παλαιε δοκει τη φυλαξαι τα γαθα, τη κτισαδης χαλεπωτεροι ενει. Si addas maiorem triu absolutus syllogismus, et ratio consequitur perfici poterit.

Fatui bona parta non norunt retinere,
Secunda fortuna infatuat animos,
Igitur, secunda fortuna efficit, ne parta bona
K iii retinere.

DIALECTICA.

retinere sciamus.

Apud diuum Hieronimum. διαλεκτική μὲν θέσσασθ, λογισμὸς δὲ οὐκον φέρει, Ergo indocti & imperiti concionatores sunt audaciores, Docti et periti sunt timidiiores.

Apud Iurisconsultum totidem uerbis est entymema. Multis personis grassantibus exemplo opus est. Ergo aliquando maleficiorum supplicia exacerbari conuenit.

Cicero scribit rhetores entyhemata proprie appellasse, argumenta ex contrario ducta, ut apud Virgilium.

Nulla salus bello,

Igitur, pacem te poscimus omnes.

Sed apud Dialeticos nomen Enthymematis latius patet et omnibus imperfectis syllogismis tribuitur. Et tamen illud uerum est, argumentationem, que ex pugnantibus constat, maxime quadrare ad formam entyhematis. Et maxime perspicua esse entyhemata, que ex contrarijs conficiuntur communis sensus indicat. Hoc mouit opinor quosdam ueteres, ut his solis tribuerint entyhematis appellationem. Talia sunt.

Dicit

PHILIP. MELANCH.

Deus promittit nouum testamentum, Igitur, Deus significat se uetus abrogaturum esse.

Consequentia per se manifesta est, quia non possunt pugnantia simul existere.

Christi regnum est aeternum,

Ergo, Christi regnum non est ciuile regnum seu externa administratio, que aliquando desistuta est.

Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec,

Ergo non est sacerdos secundum ordinem Aharon.

Christi sacerdotium est eternum,

Ergo Christi sacerdotium non requirit ritus leuiticos, aut humanas traditiones ad exemplum leuiticorum rituum factas. Nam ritus aliquando desistunt sunt.

Prophete uaticinantur, fore ut Christus occidatur a Iudeis.

Ergo regnum Christi non erat futurum corporale regnum in quo ciuiliter dominaretur Christus, et Iudeos e seruitute Romana liberaret, sicut Iudei somniant Messiam triumphaturum esse.

X. iiiij. Qua

D'IALECTICA.

Quomodo enim ciuiliter dominaretur inter illos, a quibus occiditur? aut liberaret ciuiliter hos a quibus ipse interficitur.

Preciosa est mors sanctorum,
Ergo animæ non intercunt.

Infinita exempla recitari possint, sed ego hec proposui, ut similia tum in lectione bonorum scriptorum obseruent studiosi, tum excogitent ipsi ad horum imitationem, quoties aliqua de re disputationum, aut scribendum est.

Est et quædam forma enthymematis, qua a diuisis ad coniuncta proceditur, aut e contra. Ut Aristoteles est Philosophus et est eruditus, Ergo est eruditus Philosophus. Sed in his uidendum est, ut natura paciatur illa membra coniungi, ut hoc est uicium enthymema, Canis est tuus et est pater, Ergo, Canis est tuus pater. Et hoc loco am bigua uox est, tuus.

Est et forma ab est tertio adiecto ad est secundum adiectum, sic enim loquuntur, ut, Paries est albus. Igitur paries est. Hæc forma ualeat cum accidens

PHILIP. MELANCH.

accidens affirmatur adesse subiecto. Nam posito accidente seu forma aliqua existere substantiam necesse est, Sed in propositionibus necessarijs, ut, homo est animal, est, dialectice accipitur, nec significat re ipsa existere, Itaque etiam, cum non existat homo, tamen proposition illa uera est. Nam definitionum substantialium partes semper intelligimus cum definito cohaerere, Sicut et Plato docuit idæas perpetuas esse, hoc est substantiales definitiones unius cuiuscum rei immutabiles esse.

DE INDUCTIONE.

Inductio est, cum ex multis singularibus colligitur una universalis proposition. Est autem et haec forma a natura profecta. Prima enim uia est ratio discendi est, singularia cognoscere, Versatur enim experientia circa singulare. Deinde ex multis similibus singularibus colligit mens unam universalis propositionem. Quia enim sepe animaduertierunt homines se uino calefieri, tandem constituerunt de tota specie, quod uinum calefaciat. Magnus usus est huius formæ, præsertim cum multa exempla, multas similitudines congerimus.

K V Est

DIALECTICA.

Est autem hæc forma.

Dionisius Tyrannus dedit poenas suæ crudelitatis.

Dedit item poenas Phalaris.

Dedit et Nero. Nec dissimilia exempla respectiuntur. Ergo,

Omnium Tyrannorum exitus sunt tristes, ac tragici.

Vinum Renanum calefacit,

Vinum creticum calefacit.

Item rheticum calefacit. Nec constat ullum uini genus diversum uim habere. Ergo, omne uinum calefacit.

In antecedenti solet addi hæc particula, quod exempla dissimilia non reperiuntur. Neque enim potest universalis propositio effici ex singularibus, nisi consentiant inter se. Et hæc ratio est expeditissima confutandi ac dissoluendi inductiones, si opponatur dissimile exemplum. Non enim satis firma est hæc induc^{tio}.

Athanasius fuit celebs.

Ambrosius fuit celebs,

Basilius fuit celebs.

Igitur,

PHILIP. MELANCH

Igitur, omnes Episcopi fuerunt celibes.

Nam opponuntur diversa exempla, Spiridonis, Hilarij, qui mariti fuerunt.

Vocatur autem induc^{tio} inuersus syllogismus. Quia sicut in syllogismo ab universalis inchoamus argumentationem, ita in inductione incipimus a singularibus, ut ex illis universalē collegamus. Quare Aristoteles inquit syllogismum quidem firmorem esse, sed inductionem magis obuiam et in conspectu esse, cum iudicium sensuum sequatur. Hæc prima via est argumentandi, hæc genuit artes, quæ cum sint ab experientia ortæ, paulatim inductione ex singularibus universalia collecta sunt. Experientia uero ad sensus pertinet, qui tantum singularia percipiunt.

DE EXEMPLO.

Exemplum inter formas argumentandi certata de causa numerant, tametsi rursus inter locos recensetur. Neque uero forma exemplorum ualide absimilis est enthymemati. Nam similitudo in exemplis

DIALECTICA.

exemplis causa est consequentia. Ideo enim sequitur conclusio ex aliquo exemplo, quia similitudo eam cum illo copulat, ut.

Cham est maledictus, quia contumelia affect patrem. Ergo dabit poenas etiam Absolon contempti patris.

Zoilus de saxo præcipitatus est in olimpijs & Homerum calumniatus esset. Ergo ex similes calumniatores digni sunt supplicio.

Porro ut similitudo causa est consequentie, ita dissimilitudo consequens ab antecedente diueltie. Provnde, quoniam ut iuris consulti dicunt, periculosum est exemplis iudicare, proposito exemplo, statim similitudo querenda est. Quod si dissimilitudo deprehensa fuerit, exemplum repudians dum est. Atque hec est ratio diluendi exempla, si dissimilitudo ostendatur, ut non recte coherent ista.

Iehu impium regem occidit.

Ergo licet ex nobis impijs principibus erit pere imperia. Dissimilitudo est enim, quod Iehu mandato Dei peculiari arma sumpsit aduersus regem

PHILIP. MELANCH.

gem suum. Nobis mandatum est, etiam impijs regibus obedire.

Nec recte coherent.

Abraham mactaturus erat filium,
Igitur licet ex nobis mactare filios.

Dissimilitudo est enim, Nam Abraham peculia re mandatum erat datum. Nobis mandatum est, ne occidamus. Et contra mandatum Dei nihil sum scipi debet. Nam ex Abraham novo mandato iusa jus est filium immolare.

Nec recte coherent.

Christus expulit uit templo ementes ad uidentes, Igitur ex nobis licet ex templo impios sacerdotes uit eiecere, qui sacra ad quæstum conserunt.

Hic multa sunt dissimilia. Primum. n. Christus fecit hoc, non humana ui, sed potentia spiritali, qua sensit se diuinus moueri, quia unus uir non poterat humana ui tantam turbam, septam presidio Romano ex templo eiecere. Quia igitur diuina ui eiecit. Ideo peculiare opus Dei est, quod nos sine mandato Dei imitari neque possumus, neque debemus. Nam sediciose tale nihil tentant, tantum

sunt coru

DIALECTICA.

fui corporis periculo. Sed multitudinem concitant. Id Christus non fecit.

Deinde dissimilitudo est, quia Christus erat dominus huius populi, & uerus rex, licuit igitur ut domino ac regi in suo regno punire improbos. Ac in primis oportet prudentes esse eos qui uersantur in sacris literis, ne dissimilia consuant, uel cum exempla proponunt, uel cum allegorias trahant. Pertinent ad exemplum & alie quedam cognatae species, quas infra recensebimus in locis argumentorum. Hic nihil aliud dici oportuit, nisi in exemplis proponendis non prorsus seruari formam syllogismorum, aut enthymematis, aut inductionis, sed suam quandam illis formam esse. Sed de materie uarietate in locis dici conuenit.

DE SORITE.

Soriten miror ab Aristotele non numerari inter formas argumentandi. Non enim prorsus syllogisini similis est, tametsi uideatur in eum mutari posse. Est autem acerius uocum que necessario coherent, ut specierum, generum, caussarum & effec-

PHILIP. MELANCH.

effectuum. Nec absimilis est κλιμάκιο seu gradatio, qua inter schemata rhetorica numeratur, nisi quod repeti oportet principium. Aristoteles tradidit hanc formam argumentandi in predicatione mentis, ut,

Homo est animal,
Animal est uiuum corpus,
Uiuum corpus est substantia,
Ergo homo est substantia.
Potest & in causis & effectibus fieri sortites.
Ut, Vexatio dat intellectum & cognitionem nostrae miserie.
Cognitione nostrae miserie necessaria est ad poenitentiam.
Poenitentia necessaria est ad pietatem.
Igitur, Vexatio, seu afflictio necessaria est ad pietatem.

Eloquentia locuples esse nulla potest, sine cognitione locorum communium, uirtutum &c.
Loci comunes uirtutum & similes non possunt perfecte cognosci nisi ex Philosophia,
Igitur

DIALECTICA.

Igitur locuples eloquentia existere nulla posse, sine cognitione Philosophiae.

Est Sorites in epistola ad Ebros. Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

Melchisedec est maior Abrahamo,
Abraham est maior quam Lcui,
Ergo Christus sacerdotium habebit maius & efficacius sacerdotio Leuitico.

Nam per sacerdotium Leuiticum non dabatur remissio peccatorum. At per Christum consequimur remissionem peccatorum & benedictionem, ut pater nos recipiat in gratiam, & custodiat ac regat in omni uita, & uitam aeternam nobis donet.

Non autem ualeat Sorites in his que, non necessario coherent, ut

Ex malis moribus bona leges naturae sunt,
Bonae leges sunt dignae laude,
Ergo mali mores sunt digni laude.

Nam mali mores non sunt propriæ legum causa, Est enim causa legum, Bonorum uirorum & filiorum,

PHILIP. MELANCH.

Filius qui malos mores prohibere cupiunt, sicut morbus nullo modo curationis cauſsa est, sed medicus. Nobis pueris hoc exemplum proponetur.

Qui bene bibit, bene dormit,
Qui bene dormit, non peccat,
Qui non peccat, erit beatus,
Ergo, qui bene bibit erit beatus.

Nam dormire non est cauſsa semper probi bens peccata. Et est ambiguum. Qui bene dormit, non peccat. Nam etiam si tunc cum dormit nullum designat flagicium, tamen alio tempore deinceps iniqure potest.

L LIBER.

DIALECTICA.
LIBER
 QVARTVS DE L O^Z
 CIS ARGVMEN^N
 TORYM.



VANQVAM IN TOTA
 Dialectica dedimus operam ne im-
 modice cresceret opus, ne moles ip-
 sa preceptionum absterret et insira-
 ma ingenia, tamen in locis argumentorum ob eam
 etiam caussam breviores erimus, quia extat Ros-
 dolphi liber de inuentione Dialectica, adeo accu-
 rate copiosq; scriptus, ut longe uincat omnes in
 hoc genere tum Gracos tum Latinos. Quare hic
 contrahemus locos in exiguum compendium, et
 tanquam in tabula spectandos proponemus, ut si
 ne magno negotio percurrere oculis omnes et
 complecti animo adolescentes possint. Cum hanc
 quasi negotij summam $\tau\alpha\chi\upsilon\mu\epsilon\rho\epsilon\pi\epsilon\pi\omega$, ut illi
 risconsultorum uerbo utar, cognoverint, magno-
 pere conduceat legere Agricolam, qui nullam rela-
 quit partem huius rei inexcusam.

Interea.

Florisfera

PHILI P. MELANCH

Florisferis, ut apes, in saltibus omnia libant,
 Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.
 Aurea, perpetua semper dignissima uita.

Libet n.uti veteris Poetæ uerbis, & ea que ma-
 xime necessaria, maximeq; ad usus discentiū ido-
 nea uidebantur, electa tradimus. Quantas autē
 utilitates habeat hęc pars, nou possum pro digni-
 tate dicere. Necesse est enim uim horum præcep-
 torum de locis esse maximam, cum non solum
 Dialectici, sed multo ante Rhethores iudicauerint
 eos diligentissime inculcandos esse discentibus.
 Nam utriq; de locis preecepserunt. Et fuerunt
 nonnulli, qui pertinere eos proprie ad Rhetori-
 cam senserunt, quia materiam offerunt dicendi.
 Hi enim Dialecticę nihil relinquebant nisi formas
 supra traditas, quibus intentam materiam inclus-
 dimus, cum de ea iudicaturi sumus, faciebantque
 Dialecticam non inueniendi, sed iudicandi sciens-
 tiā. Nos siue ad Rhetoricam proprie pertinent
 siue communes utriq; arti sunt, existimamus non
 tantum in Dialecticis libellis recensendos esse,
 sed etiam in omnibus parietibus scribendos atq;
 sculpundos esse, ut semper ob oculos uersentur.

L ii Nulla

DIALECTICA.

Nulla enim de re dici, de nullo scripto recte iudicari potest, nisi referat se animus ad hos locos, eosq; tanquam duces sequatur.

DE INVENTIONE.

Primum autem admonendi sunt adolescentes nihil de inuenienda causa, aut questione in artibus præcipi. Nam hanc causam aut tempora offerunt. Alias enim alijs de rebus deliberamus, nunc de religione, nunc de ciuilibus negotijs disputamus, Postquam autem causa seu questio proposita est, tum demum consulendi sunt loci, et peruelendum in illis animus, ut inquit Cicero, ut eius rei quam uolumus explicare, aut defendere argumēta querantur. Et quoniam prima etas fere in epistolaribus causis exercetur, sumamus ex illis exempla. Si ita res feret, ut pater rogandus sit, ut superpeditet studijs sumptus, iam habes epistola causam. Nunc prima cura est, quibus argumentis ostendendum sit. Hic ars monstrat viam, et certos ostendit locos, qui materiam offerunt, et admonent te quid conueniat scribere.

Si sodalis aliquis ad literas adhortandus fuerit,
oblata

oblata est epistole causa. Deinde loci inspiciendi sunt, qui admonent qua de re scribendum sit. Ad eundem modum graues cause ut deliberationes, aut controversiae ecclesiasticae, aut conciones ecclesiasticae instituende sunt. Caussas ferre tempora offerunt. Si quis igitur de poenitentia dicturus est, cum hanc causam nactus est, tum de munum consulat locos, qui et materiam ostendent, et admonebunt quo sint ordine disponenda res, Atq; haec prima est in omni negocio deliberatio, de materia, seu quid dicturi simus. Et tamen in arte postremo loco traditur, quia formas quibus includit res tanquam domicilia rerum, utile erat pueros prius habere cognitas quam de rebus dicebatur, ut cum res essent ostensa in promptu formas habearent, ad quas accomodarentur. Prima igitur cura est inueniendarum rerum de qua hic precepta traduntur. Altera cura est, rerum disponendarum, et iudicandi quomodo inuenta cohercent atq; consentiant, ad quam superior pars Dialecticae pertinet. Scio autem mirari adolescentes, qui fiat, ut alij loci prescribantur in Rhetorica, alij in Dialectica, cum utraq; ars profiteatur se locos inueniendorum argumentorum tradere.

D I A L E C T I C A .

Nam in Rhetorica loci sunt alij generis Demonstratiui, alij Deliberatiui, alij generis iudicialeis, quorum in Dialectica nulla sit mentio. interim & Dialecticis utuntur, Quare sciendum est hos locos, qui continentur in Dialectica fontes esse Rhetoricorum locorum, & cum res pene sit eadem, appellations tantum variare. Et quæ causa variae nomenclature fuerit, acuti homines facile perspicient locorum natura, penitus cognita, & nos de ea re suo loco dicimus. Non enim sine singulari consilio in Rhetorica locorum tituli usurpati sunt Honestum, Utile, Facile, Ius, Natura & similes. Et nos in causis suasorijs, ac iudicialibus Rhetoricum consuetudinem retinere uolumus.

Dialectica autem propriæ continet artificium & certam quandam docendi uiam. Promde hec cause maxime ad Dialecticam pertinent, de quibus docendus est auditor, quid res sit, quid non sit, quæ sunt uera, quæ falsa, Tius rei uia traditur in Dialectica, a qua eti multum sumitur in probationibus Rhetoricis, tamen affectuum permotio, hortari, dhortari, impellere, obiurgare & similia, ad Rhetorican magis pertinent.

D E

P H I L I P . M E L A N C H . D E Q V A E S T I O N I B V S .

In ipso uestibulo Dialectices admonuimus duo questionum esse genera. Quædam sunt simplices questiones, ut quid sit poenitentia. Quædam sunt coniunctæ, ut. An uoluptas sit finis hominis. An omnis noticia humana sit incerta, sicut Academicci cõtenderant. An liceat Christiano legibus gentilium in ciuilibus negotijs uti. Quomodo autem tractande sint simplices questiones supra diximus, debent enim revocari ad questiones, quas supra supra recitauis, ut.

Quid sit poenitentia. Contritio & fides que consolatur in terroribus, cum credimus peccata propter Christum remitti, Quas habeat partes, contritionem seu paucores & fidem.

Quæ cause sint, uerbū Dei arguens peccatum & rursus Euangelium annuncians remissionem peccatorum, Porro spiritus sanctus erigit corda, cum concipiunt fidem misericordiæ.

Qui effectus, bona opera, ut Ioannes ait, Facite fructus dignos poenitentie, Item vita eterna.

L iiiij Que

DIALECTICA.

Quæ pugnantia, simulatio penitentie, ficta
tristitia, fiducia nostræ sanctitatis, nostris satis-
factionibus abolere peccata.

Ad hunc modum duci per singulas questiones
res proposita debet, quod cū sit, et nihil effugiet,
uel docentes, uel discentes quod ad institutū perti-
net, et quia certis finib. circumscripta cauſa est, nō
temere uagabitur ut Graci dicunt, vñ reg te. & o-
nus u. u. vñ. Habent pene similes locos coniuncti
etæ questiones, quæ constant pluribus uerbis, ut
liceat ne bella gerere Christianis, quos sequi opor-
tet in docendo. Nec perfecte putet se quipiam
rem tenere ullam, nisi aut per omnes huius artis
locos, aut per precipuos ierit, et inquisuerit,
ea, quæ iubet unusquisq; locus inquire. Quare
semper in conspectu nobis hi loci debent esse, ut
quoties aliquid inciderit, statim percurreat eos or-
dine animus, et querat, quid dici conueniat. An-
tonius in secundo libro de Oratore inquit efficien-
dum esse usū atq; exercitatione, ut quemadmodum
scribentibus ultro se figura literarum offerunt, ita
incurrant in oculos loci nec procul nec diu que-
siti, et statim ostendant quid maxime dici opora-
test.

PHILIP. MELANCH.

teat. Magnum igitur studium in istam dialecti-
cæ partem collocandum est ex q̄siduo usu confor-
manda cognitio, ne cum inciderit aliqua res ex-
plicanda, primum in bibliopolij indicis inspicien-
di sint, et querendum, qui de locis argumentorū
libri scripti extant, quos cum emeris, tamen in cis-
tanquam hoffes in ignota regione erres. Veteres
Methodum uocant rationem recte atq; ordine do-
cendi, iuxta p̄cepta dialectices, ac s̄pē monent-
ut in omnibus negocijs, controversijs, artibus, de-
mūs operam, ut Methodum teneamus, quia neces-
se sit animum uagari incertum, nisi hac ratione
regatur. Ac in unoquoq; genere semper feliciter
docent hi, qui callent Methodum, quam qui non
callent, quantumuis abundant ingenijs. Veilior
est Aristoteles discentibus moralē aut naturalem
Philosophiam, quam Plato, quia Plato non obser-
uauit iustam Methodum tametsi hoc nomine ex-
agitetur Gorgiam et similes, quod non satis periti
sint Dialectices. In medicina amatur ab omnibus
Avicenna propter Methodum. In iure ciuili pro-
pemodum Methodus est liber Institutionū. In sa-
cris literis Methodus est epistola Pauli ad Ro-
manos. Nulla res est enim, quæ penitus perspici-

L V posse,

DIALECTICA.

posit, nisi animus noster Methodum sibi quandam informet, quam in eius rei cogitatione, inquisitio ne, ex explicatione sequatur.

DE DEMONSTRATIO. NIBVS.

Vt supra propositiones partiti sumus, in necessariis et contingentes. Ita argumentationum alia sunt uerisimiles seu probabiles tantum, et incertae, ut Alexander est ebriosus, Igitur non est strenuus. Has solet Aristoteles Dialeticas argumentationes vocare, ut quas non ipsa natura reu ginit, sed ars, et uaficies ingenij, que multa uerisimilia quacunq; rem defendendam suscep rit, colligit etiam cum desunt necessarie probatio nes. Alia argumentationes sunt necessarie ac certae, ut.

Eclipsi lunæ fit cum terra ex diametro inter solem et lunam ponitur. At terra certo die inter ponitur ex diametro inter solem et lunam. Ergo illo die est eclipsi lunæ. Vocantur autem Demon strationes, sumpto vocabulo a geometris, qui suas probationes minime dubias, que rem oculis sub iacent

PHILIP. MELANCH.

ficient & ποδεσίδε nominant. Fiunt Demonstra tiones, cum ex definitione definitum, aut econtra, seu cum ex proprijs causis effectus seu propria officia, seu ex effectibus proprie cause colliguntur. Et ut quæq; scientia est certissima, ita plus rimas habet Demonstrationes. Quare in Arith metica & Geometria, quæ sunt maxime certæ, dominatur hoc genus probationum. Plurimum autem prodest non tantum in disciplinis, sed in omnibus negotijs et controversijs obseruare, an demonstrationes aliqua in causa uersentur, de qua dicendum est. Nam animaduersa demon stratione nulla relinquitur dubitatio, Hæc definitio nes, causas et effectus complectit. Forro scire, inquit Aristoteles, est rem per causas cog nosecere. Una igitur hæc via est consequenda per effectæ noticie quacunq; de re. Et scientiam pro pria appellant, cum demonstratione res est comperta. Et Methodi nomen, de quo supra diximus potissimum ad hanc docendi uiam accommodari debet, cum demonstratione utimur, cum definitio nes tradimus, cum causas querimus, cum ex causis effectus, et propria officia ducimus, cū ostendimus initia et fontes artium, sunt enim principia, quedam

DIALECTICA.

quædam communes sententiae nobiscum natæ. Impresbit enim Deus animis nostris quasdam notitias, quæ sunt uelut regule in iudicando de natura, ex de moribus ciuilibus. Cuiusmodi sunt.

Totum est maius qualibet parte. Vniuersi quæ naturæ est alius certus finis. Societas generis humani est conseruanda. Facinora quæ perturbant societatem humani generis sunt prohibenda, ac punienda. Tales sententiae uel de natura, uel de moribus vocantur a Philosophis aliquando uocati evocatae, quia sunt uniuersales sententiae diuinitus inscriptæ omnium animis quæque natura omnes tenent, Aristoteles principia appellant. Sunt enim initia et fontes disciplinarum omnium, ex causis continent omnium artium. Nihil habet ulla in arte certi, qui non peruidet, quomodo ex principijs manent pœcepta, et definitiones omnes, sed uagatur animus, et tanquam sine certa sede errat, nec habet ubi consistat. Qui uero refert se ad principia, is perspicit artium causas, et certam ac firmam noticiam habet, quam neq; fallere, neq; euerti posse intelligit, ut enim sensus naturaliter suum officium faciunt, oculis uidemus, auribus audimus,

PHILIP. MELANCH.

audimus, ita mens naturaliter cernit principia. Donec oculi sunt incolumes, uident, ita donec mens est illeſa, non potest non adsentiri principijs. Omnia igitur quæ sunt certa in doctrinis, proficiuntur a principijs iusto ordine, hoc est, bona et firma consequentia, ut Dialectici loquuntur, aut sunt per experientiam comperta, ut scire quod ignis calefaciat. Neq; enim ferendi sunt Academicci, qui contendunt, nihil certo sciri.

Hæc de syllogismo demonstratio et de prima principijs diximus, ut admoneremus studiosos, ut in omnib. disciplinis ac negotijs diligenter animaduertant quæ sint certa quæ incerta. Turpe est n. amplecti incerta pro certis, et sepe in iudicandis gravibus rebus ualde officit, non habere delectum inter certa ac incerta. Possem exempla multa adferre, ubi homines, ut uidentur eruditæ, de incertis studiis digladiantur, eaq; tanquam minime dubia defendant. Quoties igitur causam aliquam tractandam suscipitis, subeat animum hec cura inquirendi, quid habeat res certi, quas habeat demonstrationes, subducenda etiam ratio, ut principia innueriantur, ut habeat animus ubi consistat, quod facile

D I A L E C T I C A.

facile faciet dialectice peritus, et non rudit elut artis ex qua illa causa sumpta est. Nam principia ultra se offerunt, cum causas rerum querimus. Maxima autem in principiis uis est, ac uero de his dixit Aristoteles in primo Ethicorum alludens ad uulgare proverbiū πλεον ἡ τὸ κριτὸν τοῦ παντός καὶ τοῦ. Nam alias dici solet, Principium dimidium esse totius. Hic uero ait tantam in illis communibus sententijs, quae principia uocantur, uim esse, ut plus etiam quam dimidium totius principium uideri debeat.

Nec tantum in Arithmetica et Geometria demonstrationes extant, sunt in omnibus artibus aliquae, ut in Philosophia morali.

Vniuersiusque naturae propria actio, est finis eius naturae,

Voluptas non est propria actio hominis. Est enim communis cum pecudibus,

Ergo voluptas non est finis hominis.

Hanc demonstrationem Aristoteli, nullo modo potest Epicurus cuertere. Ita sunt in iure ciuili.

Facinora que perturbant societatem generis humani, sunt prohibenda.

Furta.

PHILIP. MELANCH.

Furta, Latrocinia, et similia perturbant socium etatem generis humani,
Ergo, Furta, Latrocinia, et similia sunt prohibenda.

Maior est principium. Minor testem habet experientiam, utramque igitur certissima est. Et quod Iurisconsulti uocant ius naturae aut gentium proprium nihil est, nisi principiorum quorundam de moribus, de ciuili uita, noticia. Ac scientiae non propriæ pertinet ad demonstrationes. De alijs que habent probabiles rationes, que tamen aliquando fallere possunt, non dicimus habere scientiam, sed opinionem, ut Clodius odit Milonem, igitur fecit ei insidias. Vinum facit ebrios. Igitur prorsus a Vino abstinentium est. Aqua erupit, conuessa terra, Igitur Aqua est causa terre motus. Et haec uocant argumenta Dialetica, uel Rhetorica, ut supra dixi, quia res ea non gignit, sed ars, seu calliditas eius qui disputat.

Hic autem monendi sunt iuuenes, quod parenti demonstrationibus habent ea que sunt in scieris literis. Nam in his etiam certa est ueritas, sentire igitur debemus tam certas esse promissiones ac minas

DIALECTICA.

ac minas Dei, quam certa sunt, quæ manibus palamis, & oculis cernimus ut.

Deus ditabit eos qui largiuntur pauperibus,
Abraham largitur pauperibus,
Igitur Deus ditabit Abraham.
Deus promittit bona pijs,
Pij hic affliguntur et occiduntur,
Ergo restat uita, cum hinc dece^βsimus, in qua
bene erit pijs.

DE LOCIS.

Cum in propositione duæ sint partes subjectum & prædicatum, alias a subjecto trahuntur argumenta, alias a prædicato. Sed id non potest fieri, nisi ea pars a qua ducuntur argumenta, prius sit excussa, et peruestigata iuxta questio[n]es, quas supra tradidimus de simplicibus uocibus. Ex his igitur loci argumentorum nascuntur. Sunt itaq[ue] precipui loci, et qui continent firmissimas probations. Definitiones, Causæ, Effectus, In omni controuersia, hi loci maxime requirendi sunt. Alij preter hos, ut similium. Signorum non perinde sunt

PHILIP. BÉLANCH.

Sunt firmi, nec plus in pugna ualent, quam in acle leues manipuli, et sepe ad illustrandam rem ex amplificandam magis quam ad fidem faciendam adhibentur. Promde et olim in scholis loci interiores vocabantur, Definitiones, Causæ, Effectus, quid in re haerent. Exteriores appellabantur, quia aliunde accessuntur ab arte. Observandum est autem, ubi a subjectis, ubi a prædictis argumenta facilius duci possint. Nam ab utroq[ue] recte sumuntur sed tamen facilius ex eis sumperis, quod continet materiam uberiorem. Nam ex magno cumulo citius aliquid mutuamur. Quia uero sepe persona ponuntur in propositionib[us]. Et personis res certa tribuuntur. Ideo facti sunt duplices loci. Alij dicuntur personarum, alij rerum, ut in causa Archie cum propositio sit. Archias est ciuis, primum Cicero a re argumentatur, ex descriptionibus ciuiis, seu ex Iure ciuitatis, docet n. ex lege quis sit habendus ciuis. Postea argumentatur a persona. Archias est Poeta, Ergo est dignus quem retineamus in ciuitate. De utroq[ue] genere locorum copiose precipit Agricola, ut alios pretereamus. Ego igitur quemadmodum institui recensabo eos breviter, et ita proponam, ut statim percurvere

DIALECTICA.

percurrere eos oculis, ex complecti animo ad
lescentes possint. Preceptores autem ita reddent
eos illustrios si multa exempla ostenderint.

LOCIPERSONA RVM.

Loci personarum in ciuibus controuersijs
frequenter utimur, quare a Dialecticis prtermitti
sunt. Neq; enim ducuntur inde necessariae proba
tiones, que in demonstrationibus ualeant. Et cum
Dialectica ad docendū maxime comparata sit, hi
loci maxime tractati sunt, qui ad eam rem condu
cunt, reliquos uix extremis digitis attigerunt.
Nos tamen praterire eos noluimus, sepe n. usū
sunt in magnis & grauibus controuersijs.

PATRIA.

Vt apud Ciceronem pro Flacco. Testes sunt
Greci, Ergo sunt Iues. Satis est enim exemplum
indicasse, quia uis loci melius in exemplis perspi
citur quam in longa aliqua descriptione. Hoc loco
& Paulus uetus est, xp̄nus aci t̄vsaī, κακα
θησίx, γαστερες ἀργαī.

SEXIII.

PHILIP. MELANCH
S B X V S.
Mulieres sunt, igitur parendum est.

PARENTES.

Vt apud Horatium, Fortes credunt fortia
bus et bonis. Est in equis, est in iuueniis patrum
virtus, nec imbellem feroces progenient agmina
columbam. Huc pertinet illud κακοῦ κόσκην Q
κακοῦ θωρ.

EDUCATIO.

Studia, Disciplina, Sodalicia, ut apud Cicero
ponem pro Murena. Cato factus uidetur Stoica
disciplina afferior.

MORES.

De Clodio argumentatur Cicero, magis uero
vismile est Iudum scelerate facisse, quam Milon
nem, quia Clodius semper leges & omnia iura cō
tempfit.

RES GESTAE.

LY VI

DIALECTICA.

Vt & Pompeij rebus gestis Cicero pro lege Mamilia argumentatur, Pompeium idoneum esse cui decernatur imperium belli Mithridatici.

VITAE GENVS.

Episcopus est, doceat igitur.

MAGISTRATVS.

Cesar gesit magistratum, Ergo non fuit occidendum.

AETAS.

Celius est iuvenis, quare ei ignoscendum est.

MORS.

Papinianus Iurisconsultus, ne defenderet paracidium interfici se permisit, Fuit igitur dignus qui Ius doceret, cum tanta constantia, magnitudo neqz animi fuerit, ut ne quidem metu mortis ad ductus sit, ut contra iustitiam faceret. Plures fortasse personarum loci numerari possunt, Sed alii aut in his comprehenduntur, aut certe a scriptoribus rhetoricae peti possunt.

RERVM LOCI DEFINITIO.

Sap

PHILIP. MELANCH.

Sepe admonui in omni subtili disputatione dominari definitionem, Quare cum aut docere aliquid aut confirmare uolumus, statim inicio definitione consulenda est, Quomodo autem definitio inuestiganda sit, in praedicamentis aliqua ex parte ostendimus, queri enim genus oportet, quo deprehendo differentiam facile erit ex accidentibus aut ex effectibus colligere.

Ducuntur argumenta a definitione affirmativa ac negative ut, Bellum est vindicta quam exercet magistratus aduersus latrocinium, seu contra multos latrones. Ab hac definitione hoc modo, ad definitum argumentamur. Magistratum vindicta licita est Christianis, Bellum est vindicta quam magistratus exercet. Ergo licet bellum gerere Christianis. Hic quiddam de definito ex definitione probavi. Negative argumentamur hoc modo. Gentes nec timuerunt Deum, nec crediderunt se aliquid a Deo beneficij accipere, sed senserunt se casu nasci ex occidere, Igitur gentes non habuerunt religionem. Definitio enim uerae religionis est, timere Deum, et credere Deo iuxta scripturam, et promissiones.

Mij Ducum-

DIALECTICA.

Ducuntur ex a definito argumento, Christus est perpetuus sacerdos, igitur assidue placat nobis patrem, ut assidue remittat peccata & misereatur nostri ac seruet nos. Cum ad hunc modum exponitur nomen sacerdotis, quod sepe tribuit Christo scriptura, miram lucem affert definitio. Atque ita nos in Paraphraesi Psal. Dicit Dominus, nomen sacerdotis interpretari sumus his uersibus.

Namque sacerdotis summi quoque munus obibit Iuratumque patrem nobis placabit, et unus Orabit ueniam misericordie mortalibus, atque Victima erit pro delictis gratissima nostris.

Additae sunt locis regule a Boetio, quas vocant Maximas, hoc est, sententias quasdam certas, quae ad nonen quis sit loci uniuscuiusque usus, Eamque obcausam diligenter mandari memorie debent. Cui definitio conuenit, ei conuenit et definitum, et ea contra, Cui item admittitur definitio, ei admittitur et definitum, et econtra.

A G E N E R E.
NON modo & tota definitione ducuntur argu-
menta

PHILIP. MELANCH.

menta sed etiam a partibus definitionis. Constat autem genus et differentia partes esse definitionis. Quare proximum locum sequuntur generis et differentie loci. Porro genus uniuscuiusque hanc facile mouet is, qui praedicamenta nouit.

A genere tantum negatiue argumentamur, nisi universalis particula fuerit addita generi, Lapis non est animal. Ergo lapis non est homo. Mulsus non est uinum, igitur nec ruffum uiuens. De interitu animarum, de eternitate mundi nullam certam cognitionem habet ratio humana, Ergo sententiae Epicuri de interitu animarum, aut Aristoteles de eternitate mundi, non sunt philosophicae, genitus enim philosophia est certa cognitio. Maxima est unica. Cui admittitur genus, ei admittitur et species.

A superiore universalis ad inferius, et affirmatiue et negatiue a superiore universalis ad inferius argumentamur. Nam ex universalibus, ut sepe dixi, rite sequuntur particularia. Omnia animalia spirant, Ergo pisces spirant. Idem seruatur in Aduerbijs locorum ac temporum. Deus est ubique, Ergo hic etiam adest.

M iij Nume

DIALECTICA.

Nunquam fuit modestus Clodius, Ergo neq; in hoc
tinere fuit modestus. Omnibus legitimis ordina-
tionibus magistratum debent parere Christiani.
Ergo etiam iurare debent ius*sibi* a magistratu.

A SPECIE.

A specie ad genus tantum affirmative argu-
mentamur, ut homo est, igitur animal est. Euangeli-
um approbat iudicia, Ergo approbat quandam
mindsightam. Maxima, Cui tribuitur species, eidem
tribuitur et genus.

A DIFFERENTIA, ET PROPRIO.

Argumentamur affirmative et negative, Nam
differentiae, ut supra docuimus, constituant specie-
m. Itaq; propria differentia semper cum specie
conuertitur, hoc est, non latius patet quam spe-
cies, nec est angustior quam species, Atq; hæc est
huius loci Maxima, ut rationale est, Ergo homo
est. Episcopi nostri temporis gerunt gladium,
Ergo sunt uere ciuilis magistratus. Nam gerere
gladium

PHILIP. MELANCH.

gladium est differentia ciuile magistratum con-
stituens. Et a proprio officio, plurima ducuntur
in omnibus causis argumenta. Dialectici uulgo
propriam passionem uocant Graece loquentes, sed
hic uidendum est ne proprij nomine abutamur.
Neq; enim recte uocantur propria illa, que etiam si
alicui multum competit, tamen aut non semper
competunt aut cum alijs communia sunt, ac iure
irrisit Diogenes Platонem, qui cum definiret ho-
minem animal esse bipes, produxit gallinam Dion-
genes uociferans platonicum hominem esse. Hec
sunt recte a proprio officio ducta, Christus creat,
uiuificat, sanctificat, resuscitat mortuos, igitur
Christus est uere et natura Deus, Antecedens se-
pe ponitur in scriptura, Omnia per ipsum facta
sunt. Item omnia in eo consistunt, Sunt autem pro-
pria Dei opera creare, uiuificare, resuscitare
mortuos, et similia. Ut scriptura ait, Gentes in-
nocentias esse Christum, Ergo Christus est uere
et natura Deus. Nam invocari ad Deum pre-
prie pertinet.

AB ETYMOLOGIA.

DIALECTICA.

Surra dixi Etymologiam definitionem quam uocant nominis esse, paru igitur ex ipsa sepe argumenta in magnis et grauibus conrouersijs, si cui locus definitionis de quo paulo ante dixi. Nam sepc postulant cauſe, ut emphases uocum urges antur, ut cum ratiocinor, Magistratum approbari a Paulo, qui uocat magistratum ordinationem diuinam. At peccatum non est ordinatum a Deo, sed contra ordinationem Dei a diabolo exortu est. Christus uocat magistratus euangelicos. Ergo non uituperat eos. Nam si magistratus latrocinium esset, non esset beneficium. Scriptura nominat quandam iusticiam carnis, Igitur re uera est quedam iusticia carnis, quam per se efficit nostra natura. Est quedam prudentia carnis, Igitur quedam dilectus et libertas est uoluntatis humanae. Huc pertinet et metaphorae, et similes figure, ut Christus uocatur agnus, significatum est igitur Christum fore victimam.

ACONIVGATIS.

Ita uocant, cum casus uocis alicuius mutatus, signit argumentum, ut iusticia est bona. Ergo, iustus est

PHILIP. MELANCM.

Iustus est bonus. Iusticia est si uere uindicare delicta. Iuste igitur fecit Alexander imperator, quod sumo suffocauit eum, qui fumos uendiderat. Christus de coniugio loquens inquit, quos Deus coniunxit. Ergo coniugium est diuina coniunctio, nec sit casua aut humano tantum consilio, sed Deo autore.

DE TOTO ET PARTIE BV S.

Superiores loci omnes nascuntur ex formis definitionis, ex ad eam omnes referi debent. Locus de toto ac partibus ex divisione oritur, supra autem in officijs Dialectices secundo loco divisionem posuimus. Ita uides rationem inueniendi argumenta, apte ad illa que supra tradita sunt, uelut ad fontes referri posse.

Porro totum habet partes quasdam sine quibus existere potest, ut homo existere potest amissio pilis. Ab his non ducuntur firma argumenta. Aliæ partes sunt, sine quibus existere totum non potest, ut homo non potest existere sine capite. Et harum partium alia uocantur substantiales, ut corpus,

D I A L E C T I C A .

corpus et anima hominis. Alio uocantur Integritates, quas membra principalia recte et perspicue nominare poterimus, ut in homine caput, pectus, brachia, pedes. Ab his ducuntur argumenta. Maxima huius loci est, Posito toto, necesse est ponи partes, sine quibus existere totum non potest. Ut Monachi de poenitentia contritionem docuerunt fidem non docuerunt, Ergo non recte tradiderunt poenitenciam. Sunt enim due partes poenitentie, contritio et fides qua consequitur remissionem peccatorum et consolatur perterrefactas mentes cum credit propter Christum peccata condonari. Item Christianis licet uti prouocatione. Nam Paulus prouocauit ad Cæsarem, Ergo licet Christianis litigare et postulare, ut a iudicibus aduersus iniuriam defendantur. Nam prouocatio pars est actionis in foro. Licet exercere iudicia, igitur licet deferre iusurandum. Nam iusurandum pars est forenium ordinationum.

Aliquando a partium enumeratione argumentamur, ibi cauendum est, ne qua pars pretermittatur, ut si quis ita ratiocinetur. Suspendere fures non est iure naturali, nec diuino, nec scriptis imperatorum

PHILIP. MELANCH.

peratorum legibus mandatum, Ergo non est iustum. Argumentum ductum est ab insufficienti partium enumeratione. Nam omissa est iuris species, Consuetudo, qua etiam legis uim habet, si tamen sit consentanea rationi.

D E L O C I S C A V S S A R V M E T E F F E C T U V M .

Non patitur instituta breuitas operis, ut longius encomium huic loco addam, cum quidem id utilitas eius merebatur. Et erant adhortandi studiosi, ut in omnire proposita diligenter querant causas. Idem cum supra aliquoties admonuerim, fortasse uidear inceptus, toties eandem cantilenam repetens, Verum me non poenitet huius assiduitatis. Scio enim quanta huius loci uis sit, quantum conduceat in unaquaque re omnes causas pertractatas habere. Et pauci ita assuefacti sunt, ut cum aliquares oblatâ est, causas diligenter inquireant. At ea cura in primis digna est homine docto. Nam ut supra dixi, tunc demum scire aliquid dicimur, cum causas perspeximus. Vocant autem a priori argumentationem cum ex causa colligimus effectus.

D I A L E C T I C A.

etus, a posteriori cum ex effectibus causas quatuor sumus.

Est autem causa, qua posita, sequitur effectus, et qua non posita non potest existere effectus. Genera causarum quatuor sunt, Efficientia, Materia, Forma, Finis.

Sed priusquam tradimus argumentorum regulas, admonendus est lector quam uarie usurpetur causa nomen. Quodam dicuntur causa per se, quedam dicuntur causa per accidens, ut causa suis, quemadmodum febris dicitur afferre tempore ventiam, tametsi non sit eius propria causa. Porro a causa per accidens non satis firmum argumentum ducitur, sed coniectura inde sumitur sicut a loco signorum, quem infra recitabimus.

D E F F I C I E N T I B V S.

Efficiens est a quo primo fit motus. Nonnunquam unius rei multa sunt efficientia, sed unusquodam coniuncta, ut Deus, pater, mater, procreant hominem. Hic uidendum est, in argumentando ne a causa remotiore ducatur argumentum omissis propioribus. Item duplia sunt efficientia quedam sunt principalia, ut faber, que-

P H I L I P. M E L A N C H.

dam sunt instrumenta, sicut malleus fabri. Preterea efficientia alia agunt natura, ut ignis naturaliter calefacit, alia agunt voluntate, ut Architectus cum uult edificat. Naturales causae non suspendunt actionem, cum sunt admota materia. Ignis admotus materiae, inflamat eam. Voluntarie possunt cessare ab agendo, ut etiam si potuerit Deus creare mundum ab eterno, non condidit tamamen, pictor tametsi materiam habeat, tamen cessare potest. Variis maximis hinc sumuntur. Cumcausae sufficientes, agunt, effectum fieri necesse est. Et econtra, Effectu posito, necesse est causas adesse aut effuisse. Non posito effectu, non est necesse causam adesse, ut animalis homo non percipit ea qua Dei sunt. Ergo animalis homo non regitur spiritu sancto. Nam percipere ea qua Dei sunt, hoc est timere Deum, credere Deo, sunt effectus spiritus sancti. Dignitas etiam effectus ex causa sumitur. Deus ordinavit magistratus. Igitur Magistratus sunt colendi.

E X M A T E R I A.

Materia est ex qua fit aliquid. Et hic memineamus

DIALECTICA.

rinet studiosi non competere materiam ex quo alii
quid sit accidentibus, sed substantijs. Abutimur
nomine cum subiecta accidentium materiâ vocamus,
quia in illis existant, dicuntur enim materia in qua
recte igitur argumentamur. Non posita materia,
nec effectus ponitur, et econtra, Angeli non ha-
bent corpora, Ergo non sunt ex elementis conditi.
Lapis non habet mentem, Ergo non iudicat. Nam
iudicium non potest existere nisi in mente. Dilig-
genter etiam obseruandum est, quae proprie cor-
pori, quae proprie menti accidentantur.

EX FORMA.

Forma est quae dat esse rei. Est enim perfectio
rei, que uestit, ut ita dicam, materiam. Paries est
albus, Igitur paries habet albedinem. Accidentia
ipsa forma sunt. Nec partimur accidentis in duas
res ad eum modum, ut substantias in materiam ex
qua aliquid existit, ut clementia, et formam que
est absolutio rei, ut vita, vel esse hominem.

EX CAUSSA FINALI.

PLURIMA

PHILIP. MELANCH.

Plurima ducuntur argumenta ab omnibus fi-
nibus, Et unius rei multi fines sunt, alijs principales
alijs minus principales. Hæc causa uniuscuiusq;
rei officium seu usum ostendit, propterea diligenter
est consideranda. Et sumuntur hinc loci Rhei-
torici, Honestum et utile. Honestum est enim, ubi
ipsa actio finis est, seu quod propter se expeditur,
ut Iusticia est honesta, Ergo est colenda. Utile est
cuius usus finis est, seu quod usus causa expeditur,
Iusticia prodest ad tranquillitatem uitæ, Ergo est
expetenda. Argumenta a causa finali in suasorijs
valent. Nam causa finali posita, non necessario
sequitur effectus, sed ipsa impellit efficientem.
Hæc cum agit sequitur effectus.

Rhetores addunt loco causarum alium quen-
dam locum, Antecedentium et Consequentium, Et
meminit eius Aristoteles ac mihi nullo modo prete-
reundus uidetur. Vocant autem Antecedentia, cum
natura aliquid praecedit, tamen si non sit causa eius
quod sequitur, ut in motu locali prius conficitur
spacium proprius, quam remotum. Ac diligenter
est considerandum ubi non possint existere poste-
riora sine precedentibus, ut curatio sequitur mor-

N bum,

DIALECTICA.

bum, consolatio terrores. In his ualeat argumentum a consequentibus ducunt ad antecedentia. Sunt enim alias tanquam effectus antecedentium, alias tanquam habitus priuationi succedentes. Sic argumentantur, Christus promittit consolationem. Ergo necesse est perterrefactos esse illos, quos erigit et consolabitur Christus. Nonnunquam ab antecedentib; ad consequentia ducuntur argumenta, sed hoc non sit nisi cum necessario coherent membra, qualia sunt que ex definitionibus sumuntur, aut ex causis que non cessant, ut Christus est abscessus de terra uiuentium. Ergo, Christus est mortuus. Item Christus est creptus ex angustia ac iudicio, Ergo uiuit et resuscitatus est. Tales cosequentie in sacris literis diligenter sunt obseruande, sed adhibenda est prudenter, ne connectantur membra, que non necessario coherent. Ex loco causarum nascentur illa etiam que trahuntur ab ordine causarum ex effectuum, sit igitur Maxima. Causae natura priores sunt effectibus. Quare posteriora aliquo effectu non debent dici causae efficientes, aut materia aut forma. Finis etiam tamen sequitur actionem, tamen in deliberatione precedit actionem, Paulus, sumpit argumentum ex ordine.

PHILIP. MELANCH.

ex ordine causarum ex effectuum hoc modo. Abraham ante circumcisionem iustificatus est, igitur circumcisio non iustificat.

Vna causa naturalis non habet in eodem subiecto contrarios effectus, ut Ignis calefacit, Ergo non frigefacit. Lex iram efficit, Ergo non efficit ut corda sint tranquilla.

Item una res non habet diversa efficientia quorum singula sufficient, ut Si ex operibus est gratia, Christus frustra est mortuus. Ac fere causae contrarie habent contrarios effectus.

EX SIMILITUDINE.

Quadam sunt paria, ut si furtum est capitale, mendacium etiam erit capitale, Suppeditata argumenta etiam imparium collatio, hoc modo.

Ex maiore negative argumentantur iuxta regulam, Si id quod magis inesse uidetur non inest neque illud inerit, quod minus inesse uidetur, ut si Saxa non possunt perpetuo durare, multo minus chartae possunt perpetuo durare.

N*isi* Ex minore

DIALECTICA.

Ex minore affirmatiue tantum argumentamur iuxta regulam, Si id mes^t quod minus inesse videtur, quanto magis incrit illud quod magis inesse videbatur, ut si Turcam reprimere solus Hungaria rex potuit, multo magis poterunt reprimere Turcam omnium Christianorum coniuncti exercitus. Si furtum est capitale, multo magis adulterium erit capitale. Licet bovem seruare Sabbato, Ergo et hominem. Ceteris similia plus ad illustranda negotia, quam ad probandum conducunt. Infirma enim argumenta inde discuntur, quia nulla tanta est similitudo, qua per omnia conveniat. Quare uulgo Dialecticis in ore est haec sententia, Omnis similitudo claudicat. Sepe tamen quia delectat collatio tanquam quedam rei pictura incurrens in oculos, magnam uitam habet.

Nisi longum esset hic etiam hortarer ad excerpunda similia ex bonis autoribus, quia miram quan dam lucem causis afferunt, ut cum Aristoteles disputat receptas leges, etiam si quid habent incommode tamen retinendas esse, hac uititur similitudine, sicut qui sinistra melius quam dextra uti consueverunt, non sunt cogendi, ut dextra magis utantur.

PHILIP MELANCH.

bantur. Ita si quem morem recepit ciuitas paulum discedentem a ratione, tamen hunc propter transquillitatem mutare non debet.

EX OPPOSITIS SEVERI PUGNANTIBVS.

Pugnantia non possunt simul in eodem existere, propterea cum unum tribuitur alicui, alterum adimiri necesse est. Multum autem hoc loco utilizur, quia omnes causae collatione contrarij sunt illustriores. Tunc enim pacis bona melius intelligimus, cum belli incommoda expenduntur. Soberrietatis bona melius intelliguntur cum colligimus quantum mali pariat ebrietas. Sunt autem species oppositorum quatuor.

Contraria sunt qualitates que non possunt simul in eodem existere, ut frigus et calor, si corpus calet, non igitur friget.

Relatiue opposita, ut pater, filius, dominus, seruus, sursum, deorsum, hic illic. Non cadunt haec in idem subiectum respectu eiusdem, ut Augustus est filius Octauij, Ergo non est pater Octauij. Sic

Et iij Christus

DIALECTICA.

Christus argumentatur non licere Apostolis dominari. Reges gentium dominantur, Ergo uobis non licet dominari, duas enim personas constituit reges & subditos, & discernit officia eorum. Nam cum dicit uos, intelligit omnes subditos, His enim opposuit reges. Ceterum supra admonuimus uno relatiuorum posito, poni & alterum, sed in diuersis subiectis, ut pater est, Ergo filius est. Promissio est, Ergo fides requiritur. Sic argumentatur Paulus ad Romanos.

Omnis promissio fide accipitur,
Iusticia est promissa,
Ergo fide accipitur,

Priuatiue opposita, Cæcus est, Igitur non uidet. Habitus uocantur res, que adsunt, priuationes non significant rem aliquam, sed absentiam rei que adesse potest, ut Tenebrae, significant absesse lumen. Apud Zacharium, Rex tuus uenit pauper, Ergo Christus non uenit cum regio adparatu, nec erit Christi regnum, externa ac ciuilis dominatio.

Contradic-

PHILIP. MELANCH

Contradiccio tantum in propositionibus est, eamq; uocat Cicero summam repugnantiam, Si haec uera est, Milo est absolutus, illam necesse est falsam esse, Milo non est absolutus. Nam contradictiones nuncquam simul aut uerae aut false esse possunt.

DE DISPARATIS.

Inter pugnantia numerant etiam diuersas species. Non enim possunt confundi species, ut homo, asinus, Plato est homo, Igitur non est asinus.

AB EXEMPLIS.

Locus exemplorum non est obscurus. Petrus Ananian mentientem occidit, Igitur Deus haud dubie mendacia puniet. Huc pertinent & apologi & proverbia, ut scriptum est, ἀλαγη τροπεῖσθαι τροφαβαῖνειν, Ergo & nobis Christianis turpiissimum est, cum eadem sacra mensa utamur, ex corpore Christi simul uesci mus, non praestare muniam inter nos dilectionem.

N iij AB AV

DIALECTICA.
AB AVTORITATE.

Tantum affirmatiue ducitur argumentum, ut Cicero scripsit, nullum magnum uirum sine ad-
fatu diuino extitisse. Igitur uerum est. Est enim
maxima. Peritis credendum est. Non utimur hoc
loco negatiue, neq; enim ualeat argumentum, Pli-
nius non meminit huius herbae, nullas igitur uires
habet. Huc pertinent Iudiciales loci a testibus,
legibus, institutis maioru, confuctudine. Domina-
tur autoritas in Ecclesiasticis disputationibus, quia
ibi omnia pendent a testimonio scripture. Non-
nunquam igitur etiam negatiue eo in disputationi-
bus Theologicis utimur. Nihil enim affirmari de
Deo debet sine autoritate scripture.

Huc & & pertinet, ut Albertus Durerus
pictor siebat ingeniosos homines sine doctrina si-
miles esse speculis impolitis. Ergo ingeniorum
sine doctrina nullus usus idonius est.

A S I G N I S.

Postremus locus signorum est, Sunt autem
signa

PHILIP. MELANCH.

Signa notae que sensu iudicantur. Sunt autem de-
lias membra rerum aut circumstantiae, alias effec-
tus. A membrorum figura argumentatur Eras-
mus, Homo nascitur intermis, nudus, &c. Ergo
non nascitur ad bellandum. Ab effectibus, Expauit,
ergo est sibi male conscius.

Hic locus uulgo a Dialetticis appellatur a com-
muniter accidentibus, ut comptus est, igitur amat.
Et al. Rhetores magis quam ad Dialeticos perti-
net. Habet enim infirmas probationes. Huc cir-
cumstantiae pertinent loci ac temporis, a quibus in-
terdum probationes firmissime trabuntur, ut Ci-
cero absuit cum interficeretur Cesar, Ergo non in-
terfecit Cesarem. Item a tempore, Lex usq; ad
Iordanem, Ergo nos non obligat. Sed ha circumstan-
tiae fere in superiores locos cauissarum ex pugnan-
tium spangi possunt.

DE HYPOTHETICIS.

Hypothetica est cum due propositiones cate-
goricæ per coniunctionem coniunguntur. Species
huius sunt, Conditionalis, ut si negotiabitur iste,

N V erit die

DIALECTICA.

erit diues. Atq; haec species proprie ac pene sola
meretur vocari Hypothetica.

Ex hac argumenta ducuntur iuxta has regulae.
A positione antecedentis ad positionem consequentis valet consequentia, ut

Si homo currit, animal currit,

Sed homo currit, Ergo

Animal currit.

Item a destructione consequentis ad destructionem
antecedentis valet consequentia, ut

Si homo currit, animal currit,

Sed nullum animal currit,

Ergo nullus homo currit.

Si propter legem, non propter Christum iniusti sumus, Christus frusta mortuus est.

Sed Christus non est frustra mortuus.

Ergo non sumus iniusti propter legis impletionem.

Huiusmodi argumentationes vocant syllogismos Hypotheticos. Nec minorem vim habent quam supra traditi syllogismi. Facile autem ex superioribus locis ac regulis consequentiae ratio estimari

PHILIP. MELANCH.

estimari potest, ac uideri quae membra coherent, quae non coherent, quae superiora, quae inferiora, ubi ex causis effectus aut econtra ducantur argumenta.

Copulativa dicitur, ut Christus mortuus est propter peccata nostra, et Christus resurrexit propter iustificationem nostram. In hac requiretur ut utram pars sit uera. Est autem bona consequentia a tota copulativa ad partem.

Disjunctiva dicitur, in qua est particula disiunctiva, ut Socrates currit, uel Plato disputat. Aut uoluptas, aut uirtus est finis hominis. In hac satis est alteram partem esse ueram. Valet autem consequentia a tota disjunctiva ad alteram partem, cum destructione alterius, ut

Aut uoluptas est finis hominis proprius, aut uirtus est finis,

Sed uoluptas non est finis hominis proprius,

Igitur uirtus est finis hominis proprius.

Aliud.

Aue

D I A L E C T I C A .

Aut retinenda sunt aliquae Ecclesiastice constituciones, aut ferenda est confusio ordinis in omnibus moribus Ecclesie. Sed non est ferenda confusio ordinis. Ergo aliqua Ecclesiæ constitutions necessaria sunt.

D E R A C I O N E D I S S O L V E N D I V I C I O S A A R G U M E N T A .

Vulgo diunt contrariorum eandem disciplinam esse. Sunt enim fere de contrarijs contraria præcepta, ut uno genere cognito, facile sit iudicare de altero. Quare si quis percepit rationem recte connectendi argumenta, non habet opus noscere præceptis ad uicioſa dissoluenda. Tantum inspicat regulas supra traditas, & ad eas exigat uicioſas connexiones. Vbi cum uiderit a quibus regulis discrepent, uicium facile deprehendet. Quare nos in hac parte non erimus longiores tantum paucis ostendemus adolescentibus huīus rei uiam quandam. Porro danda est opera, ut magnā & perpetuā exercitationē adolescentes adhibeāt. Nulla enī pars dialectices magis acht studiosos, modo

P H I L I P. M E L A N C H .

modo ut uaria & multiplex exercitatio accedat. Ac propemodum uidetur huius utilitatis cauſa precipue ars excogitata esse, ut uiam haberemus apte & dilucide explicandi ac dissoluendi uicioſa argumenta, ac monstrandi in qua parte sit uicium. Hec enim maxime requirunt artem, cetera omnia in disputando sunt faciliora. Hoc neq; hebetis, neq; inexcusat hominis est, ostendere ubi sit uicium, & apte renellere, & quasi mederi uicioſe parti.

Ad hunc usum Aristoteles, fallacias, quas vocat, tradidit, que nibil aliud sunt, nisi uix quedam iudicandi falsa argumenta. Et in Rhetoricis ad Herennium pene ad eundem modum prescripte sunt Regulae de uicioſis Rationibus iudicandis, quas nemo intelligere potest, sine dialectica. Ac ne quidem satis exacte ac dilucide de hac re, ibi præcipitur. Nos revocabimus rem ad fontes. Sicut enim inuenienti ratio sumitur ex præcipuis dialecticis locis atq; capitibus. Ita ex soluendi ratio ad eadem capita revocanda est. Ut autem facilius iustos solvendi modos animo complecti studioſi possint, subiectam eos ordine distributos, ac demde explicabo.

Ratio

DIALECTICA.

Aut cōsequētia est uiciosa, tunc
reijcitur argumentum, reprehē-
sione consequētiae.

Ratio
soluendi
duplex
est.

Aut uicium est
in materia ar-
gumenti, seu
rebus. Tunc
soluitur argu-
mentum.

Aut inficiōne seu
negatione, atq; ibi o-
stendendum est, aut
in definitione, aut in
diuīsione, aut in can-
bis ex similibus locis
uicium esse;

Aut distinctione.
Ambigua n. distin-
gui oportet. Ambi-
guitas autē alias ori-
tur ex genere sermonis, ac iudicatur ex Gramma-
tica. Alias oritur ex reb. ac iudicatur ex ijs arti-
bus in quib. causa versatur, quam ad rem tamē
adhiberi dialecticā oportet ad dividendum ac desi-
niendum.

Aut soluitur per instantiam.

prima

PHILIP. MELANCH.

PRIMA REGULA.

DEVICIO CONSEQUEN- TIAE.

In omni mala argumentatione, uicum dūt est
in forma, aut in materia argumenti. Forma est
ipsa consequētia. Erit igitur hoc primum p̄ceptum,
Semper inīcio consequētia inspici debet,
en ad formas supra traditas quadret.

Nulla est autem magis compendiaria uia sol-
uendi, quam cum uiciosa est consequētia, reijce-
re totum argumentum. Et affert hæc ratio aliquā
releritatis atq; ingenij commendationem, quia
paruo negocio quasi aliquo strategemate magnum
periculum discutitur, ex existimatur acuti homi-
nis esse et requirere iustum ordinem membrorum,
ex uidere ἀγαρόλονθος.

Exemplum.

Petrus ait ecce duo gladij hic
Petrus est pontifex,
ergo, pontifex habet utrumq; gladium, ex
Ius habes

DIAL B C T I C A.

Ius habet occupandi ex transferendi regna mundi.

Neganda est consequentia, quia in conclusione adduntur multa, quae non sunt in propositionibus.

Non concordat psalterium cum cithara,
Baculus stat in angulo,
Igitur, non licet sacerdotib. ducere uxores.

Quid hic coheret? nonne sunt prorsus quod aiunt, scop. e dissolutæ. Diligenter igitur uidentur erit, an iusta sit syllogismi, aut aliarum formarum dispositio.

D E V I C I I S M A T E R I A B

S E C V N D A R E G V L A.

Cum in rebus peccatum est, aut inficiatione, aut distinctione, aut per instantiam soluuntur argumenta. Sed ut possis monstrare in qua parte sit vice et quæ sit uel inficiacionis, uel distinctionis ratio, deniq; ut explicari res posse, eundum est ad locos intentionis. Cum enim argumenta omnia ex locis

P H I L I P. M E L A N C H.

ex locis nascantur, non possunt iudicari, nisi referantur ad ipsos locos. Atq; hec est compendiaria ex expedita ratio deprehendendi uicia argumentorum. Omnia erunt planissima. Si consulamus fontes illos. Si u. in excogitando arguento prodest consulere locos, non dubium est quin etiam profit inuenta, cum iudicare uolumus, ad eosdem locos referre, atq; exigere uelut ad Lydium lapidem. Valde igitur prodest adolescentes in scolæ assuefacere ut in soluendo locos citent, ut causas solutionis monstrent. Sunt autem loci precipi, ut supra dictum est, definitio, diuisio, causa, effectus, pugnantia etc. Sciendum est autem falsa negari ac repudiari, ambigua uero distingui.

E X F A L S A D E F I N I T I O N E.

Non decet fucus Philosophos.
Eloquentia est fucus ex accersitus cultus
sine necessitate, tantum uoluptatis causa
Igitur eloquentia non decet Philosophos.

Sic argumentatur Ricus ad Hermolaum. Sed neganda

DIALECTICA

neganda est minor. Est enim falsa definitio eloquentiae. Nam elocutio non est fucus aut cultus preter necessitatem accessitus, sed est ipsa natura et non monstrosa forma orationis, que cum sit quasi quedam pictura cogitationum animi, debet apte et dilucide efferre eas imagines, quas mente concepimus.

Porro obscura et confusa oratio non recte explicat cogitationes. Igitur recta et elegans oratio, est necessarius cultus. Itaque tota illa Eloquenter uituperatio apud Picum fallit in definitione Eloquentie.

ALIVD.

Petro date sunt claves.

Claves significant potestatem occupandi et gerendi imperia mundi.

Igitur Pontifex habet ius regibus adimendis regna mundi.

Definitio clavium est viciosa. Nam claves non significant ius occupandi imperia mundi, sed mandatum

PHILIP. MELANCH.

mandatum docendi Euangeli, nec concedit magistris, eripere sua imperia; aut leges ferre de ciuilibus negotijs.

EX DIVISIONE SEV PARTITIONE.

Distinctione utimur in ambiguis, sicut uulgo solet, omnino multiplex distinguere debet. Ambigua aut sunt duplia. Alias ambiguitas tantum oritur ex figura orationis, seu phrasij. Hæc iudicatur ex Grammatica, seu ratione loquendi, Et hec explicatio, est quedam definitio nominis. In sacris literis plurimum est reperire huius generis exemplorum. Plena est enim oratio figurarum peregrinarum.

Origenes sic argumentabatur.

Non resurgent impii in iudicio

Igitur impii non reuiniscunt in nouissimo die ut perpetuo crucientur.

Responde. In antecedente nequaquam hoc nullus Psalmus, quod Origenes intelligit. Est enim

O ij Sententia,

DIALECTICA

Sententia: Impij non consilient in iudicio, hoc est,
Cum iudicabit Deus impios, non poterunt consil-
stere, sed fugient perterrefient et c. aut certe.
Impij non diu tenebunt honores, iudicia et im-
peria, sed euercentur et deiurcentur de honoribus
suis.

Sed cum ambiguitas ex rebus oritur, non
potest iudicari, nisi ex illis artibus, in quibus con-
trouersie cuiusque negotij versantur. Ibi adhiben-
di sunt loci dialectici, genus distribui in species de-
bet, et uidendum de qua specie intelligatur, id
quod interdum generalius dictum est. Nam dia-
cta de specie sunt certiora, Ideo interpretantur et
contrahant generales sententias, sicut et iuris-
consul. dicunt. Intoto iure generi per speciem
derogatur, et illud potissimum habetur quod ad
speciem directum est.

E X E M P L U M.

Vindicta est probita in Euangelio.
Bellum est vindicta.
Igitur bellum est illicitum.
Maior est ambigua, Ideo distingui debet,
Cum enim

PHILIP. MELANCH.

Cum enim dissimiles sint species vindictae, uidens
dum est, un aliquam speciem excipiat a prohibiti-
one. Et quia constat in Euangelio approbari mas-
tratus, necesse est vindictam pub. licitam esse.
Ideo maiorem dicas uoram esse tantum de priuata
vindicta. Falsa est de vindicta publica quam
magistratus exercet. Bellum autem est vindicta
legitima quam exercet magistratus. Cum autem
maior sit falsa generaliter intellecta, sequitur eti-
am falsa conclusio, quare repudianda est. Hoc
exemplum proposui, in quo cerni potest, solu-
tionem sumendam esse ex ipsa arte, in qua contro-
uersia nascitur. Et tamen adhibenda est Dialec-
tica, querendum genus, ac distribuendum in spe-
cies. Non enim potest apta solutio deprehendi,
nisi loco, de quo est controuersia, revocato ad
methodum, et perfecte cognito.

ALIA REGULA.

In divisionibus sepe peccatur ab insufficien-
ti partium enumeratione, ut hic
Non licet furem suspendi iure Mosaico, nec
iure veteri Romano.

Igitur illicitum est.

O iii Neganda

DIALECTICA.

Neganda est consequentia, quia in antecedente non est sufficiens enumeratio partium. Quia plures sunt iuris species, quam illae, quae ibi recentur, uidelicet Leges nouæ Imperatorum, Item consuetudo &c.

Vulgo ita dicitur. Qui bene distinguit, bene voluit ac bene docet. Itaq; oportet disputantem aliqua de re, ualde instructum esse ab hac parte, uidere ambigua membra, et arte distribuere. Nemo enim recte explicabit quidquam, nisi ea re penitus cognita, et ad methodum reuocata. Cum autem methodus informatur, certæ definitiones constituenda sunt, et querendæ quasi metæ rerum per divisionem. Tantam autem uim habet divisione ad explicandum, et ad copiam rerum in aliqua causa inuenientiam, ut Socrates apud Platonem dixerit, se siquem uiderit, dividendi peritum, non posse facere quin illū affectetur, eiusq; ususq; ceu Dei alicuius sequatur. Hæc enim sunt uerba Socratis. Εάν τε τινα ἔλλορηγίσωμες δύνατον εἰς ἐπί τολλὰ πεφυκότα δρᾶμ, τοῦτο μάκρω κατόπιδε μετ' ἵχνιον ὥστε θροῖσθαι.

Ex non

PHILIP. MELANCH.

EX NON SUFFICIENTE CAUSA.

Clodius odit Milonem. Igitur Clodius fecit infidias.

Neganda est consequentia. Nam odium non satis est causæ ad probandum, quod Clodius fecerit infidias.

Adolescens pallet. Igitur est studiosus.
Neganda est consequentia. Nam pallor non est tantum studij signum.

Philosophia non docet satis certa et firma de religione. Igitur Philosophia est inutilis et rejicienda.

Neganda est consequentia. Nam ut maxime Philosophia non discatur religionis causa, tamen sunt aliae cause, quare eam oporteat discei, certe naturam rerum cognoscere prodest ad uarios usus in hac corporali uita, uberrimus hic locus est. Nam in plurimis negotijs querimus causas, signa, effectus. Ideo assuefactio est mens,

O iiiij ut statim

DIALECTICA.

ut statim intucatur regulas de his locis traditas,
quod cum facit, non erit difficultis explicatio.

FALLACIE.

Ostendi fontes solutionum, quibus animad-
uersis, notari uicioſa membra poſſunt, ut cerni
poſſit, in qua parte proprieſtate ſit uicium, et que ſit
origo uicij. Haec ad explicationem mirifice con-
ducunt. Aristoteles fallacias tradidit, hoc eſt
aliquot formas uiciorum, que occurruunt in argu-
mentis, ut errata et agnoscere facilius, et refuta-
re poſſimus. Et ſicut medici morbos deſcribunt,
ut agnoscere et curari poſſint. Ita hic quedam for-
mae uiciorum proponuntur et via diluendi tradi-
tur, ut cum occurruunt ſimilia, apte explicemus.
Omnia enim peccata in argumentis, aut ex gene-
re sermonis oriuntur, aut ex rebus falso, aut male
connexis. Ideo Aristoteles duo facit genera fal-
laciarum. Primum genus uocat fallacias in di-
ctione, hoc eſt, ubi uicium oriuit ex generis ser-
monis. Alterum uocat fallacias extra dictionē hoc
eſt, ubi res ipſe male coherent.

Primum

PHILIP. MELANCH.

Primum genus fallaciarum nihil agit aliud
niſi ut colligat multas formes ambiguorum. Itaq;
uno titulo ambiguū complecti potes omnes falla-
cias primi generis. Diximus autem ſupra quo-
modo iudicanda ſint ambiguā. Hic tradit eadem
precepta Aristoteles, monet alias ex uocabuli in-
terpretatione iudicari, alias ex diuifionibus et dea-
finitionibus.

EQUIVOCATIO.

Primam fallaciam ſic uocat, ubi uicium eſt
in una aliqua ambigua uoce, hec

Liberi non ſeruiunt
Christiani ſunt liberi
Igitur Christiani non debent ſeruire.

Reponde. Nihil coheret in ſyllogismo, quia
libertas non ſignificat idem in maiore et minore.
In minore ſignificat remiſionem peccatorum, non
ſignificat ciuiliter, remiſionem ciuilium onerum.
Itaq; ex male coherentibus propositionibus sequi-
tur falsa conclusio.

OV. OMNES

DIALECTICA.

Omnes hoc ἐκυροῦσι, quæ sunt in fini-
gulis verbis referri debent. Tale est

Quidquid non amisisti, habes.

Cornua non amisisti.

Igitur Cornua habes.

Verbum ambiguum est amittere. In malore priuatiue intelligitur de his quæ affuerūt. In minore est ἐκυροῦσι, de his quæ ne quidem affuerunt. Itaq; non coheret syllogismus, cum sint quatuor termini. Vcteres huiusmodi rationes vocarunt Ceratinas.

Plurimum refert in qualibet causa, vim uocum ex genus sermonis recte intelligi. Sepe enim ingeniosissimis hominibus offundit caliginem vox aut figura aliqua secus intellecta, sicut in distinctionibus Theologici facile ostendi potest. Ideo prudenter inquit Aristoteles οἱ τὰς ὅντας τῶν ἔνομας τῶν ἀπειροντῶν, τραγαλογίζονται. Quare danda est opera, ut in causis proprietas ncamus uerborum significaciones et pondera, ut genus sermonis bene intelligamus. Neq; uero quisquam

PHILIP. MELANCH.

quisquam de genere sermonis bene iudicare poterit, nisi recte institutus sit in his primis artibus, quæ continent rationem dicendi, et mediocrem habeat usum dicendi.

AMPHIBOLIA.

Aristoteles uarias ambiguorum formas ostendere uoluit, Ideo discernit hunc gradum a superiori. Supra enim admonuit interdum ambiguitatem ex unius uocabuli obscuritate oriri. Hic recenset ea ambigua, ubi tota constructio parit ambiguitatem, ut Aio te Acacida Romanos uincere posse. Id enim bisseriam exponi potest. Pyrrhus uincet Romanos Aut Romani uincunt Pyrrhum.

Ad hoc genus pertinent et figurae, ut allegorie, quibus facile decipimur, cum non recte accommodantur. Sicut multi heretici decipiuntur allegorijs et figuris sacri sermonis male intellectis.

Porro hoc genus ambiguorum ita explicatur, cum ex alijs locis, ubi sermo est proprius sumuntur principalia capita rerum, ex quibus cetera iudica-

DIALECTICA

ra iudicantur, et ad methodum reuocantur. Nam in qualibet materia atq; arte loci quidam principales sunt, qui pleraq; alia signunt et gubernant. Sepe etiam occurunt καταχρόδε, uidelicet in locis sua significatione in aliam, propter modum ut luserunt in Homeri et Virgilij canticis. Interdum uenustae sunt καταχρόδε qualis est Homerici uersiculi. AEdibus in nostris que prava aut recta geruntur. Hunc enim Socrates detorquet ad curam cognoscendi nostros mores, reuocans a studijs minus necessarijs earum rerum, que non magnam haberent in uita utilitatem. Eleganter detorquetur ad infinitam societatem tyrannorum et cruditorum our̄ δι θεοντι ηγή ἀνδροσι ωκη πίσα. Abundant hoc genere Lucianus et Plutarchus. Ludunt hoc modo interdum et theologi, idq; faciunt immodice. quare quid deceat uidendum est, ne aliqua bella allusio obruat genuinum sensum, quod cum sit, fallacia est ad hanc formam pertinens.

COMPOSITIO ET DIVISIO.

Ad

PHILIP. MELANCH.

Ad hos locos pertinet, cum dissipata constructio aut truncata sententia decipimur, quod sepe accidit in omnibus disputationibus tum forensibus tum theologicis. Accusat enim Aeschinum Demosthenes, quod truncatas leges citauerit. Idcoq; iuris consulti totam legem inspici iubet. Sic enim aiunt, incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, iudicare uel responderem. Sic corrumpt scripturas Iudei, qui nusquam retinent continuam aliquam sententiam, sed in singulis uersibus communiscuntur nouas sententias, minimeq; coherentes. Aristoteles elegans exemplum proponit, in quo cerni potest, quomodo fraudem struit compositione.

Duo et tria sunt paria et imparia.

Quinq; sunt duo et tria.

Igitur quinq; sunt paria et imparia.

FIGVRA DICTIONIS.

Cum casus aliquis ambiguitatem parit, id quod in sermone quotidiano se penumero accidit. Sed si quis illustria exempla desiderat, inter pretum

DIALECTICA

pretum errata colligat. Occurrent enim huius generis innumerabilia. Iohannis. 8. legunt. Principium quod ex loquor uobis ibi philosophatur Augustinus intempestiue de principio, cum grāce τηρ αρχη aduerbiū significationem habeat, primum, aut prorsus, simpliciter. Fefellit igitur Augustinum figura dictionis, hoc est casus grāce uocis ac phrasis. De aquis supra celos, quam uarie disputant theologi, cum nihil intelligat aliud scriptura, quam nubes in aere. Decipit autem eos figura sermonis, ut indicare facile possunt etiam hi, qui leuiter degustarunt Ebraicas literas. Huius generis erratum est, quod uerterunt panem επιλογη supersubstantiali, cum longe aliud uox ipsa uere significet. Recte enim uerterunt alij quotidianum.

ACCENTUS.

Sep̄e fallit accentus non tantum in una uoce, sed etiam in integra sententia seu membro. Nam plerisq; figuris sua quædam pronunciatio, ac suis quasi uultus conuenit. Ironia aliter efficiuntur, quam simplex narratio. Aliter representandæ

PHILIP. MELANCH.

tandæ aliorum persone, cum aliiquid μυκτικως dicatur, quam nostra persona. Ironia est in histōria Euangelica grauissimam & acerbissimam querelam significans. Dormite nunc & quiescite. Deplorat enim, quod non afficerentur magnitudine periculi tali tempore, ac deplorat non illius tantum temporis, sed postremæ etatis in Ecclesia Episcoporum seu imbecillitatem, seu ueterinū. Ironia est significans contemptū. Quid est ueritas? quasi dicat, despere Christum, qui aut uidere se uera p̄æ ceteris putet, cum omnia sint errorum plena, aut qui magnopere referre existimet, quid sentiant homines de Deo, aut qui speret se homines reuocaturum esse ad studium ueritatis, & ad uera officia, cum mores omnium plenū sunt fuci, dolii, atq; insidiarū, cūq; haec pessimæ artes premia maxima habeant. In Colossensibus hæc μυκτικως dicuntur. Non attingas, non gustes, non conrectes, pseudoapostolorum uoces sunt. At in his locis uidemus hallucinatos esse interpres, decepit autem eos accentus, hoc est, pronunciatio seu gestus orationis. Multa sunt etiam interpretum errata orta, ex quadam similitudine. Huiusmodi illustria exempla ostendunt, quantam uim hec fallacia habeat.

Fallaci

DIALECTICA.
FALLACIAE EXTRA
DICTIONEM.

Supra ostendi reuocandos esse solutionum modos ad fontes, hoc est ad praecipuos locos dialecticos, ad definitiones, ad divisiones, ad causas, ad consequentiam. Nam argumentorum uicia aut ex uiciosis definitionibus, aut ex erratis divisionibus, aut ex causis non recte animaduersis aut male coherentibus membris existunt. Ac superiores fallacie fere ad definitionem referri possunt, aut certe, ad divisionem, hoc est, distinctionem significationis cuiusq; uocis, pertinent enim ad genus sermonis. Sequentes fallacie continent peccata, quae oriuntur magis a rebus, et connexione membrorum, quam a genere orationis. Sunt autem hi modi.

FALLACIA ACCI-
DENTIS.

Plura uni accidentia, sed dissimili ratione. Si igitur aut accidentia male coniungantur, aut accidentis aliquod male accommodetur, argumentum fit uiciosum, ut.

Hic

PHILIP. MELANCH.

Hic est claudus, et est musicus
Igitur est claudus musicus.

Hic male coniunguntur accidentia que natura coniungi non patitur. Alterum enim est corpus, alterum ad animam pertinet.

David est beatus
David fuit adulter
Igitur adulteri sunt beatit.

Hic accidentis male accommodatur, non enim ideo beatus est, quia fuit adulter, sed quia res ipsa puit. Et pertinet hic gradus ad locum causarum. Videndum enim est ne omnibus propriis causis aliae admisceantur quae obiter, et, ut dici solet, per accidentis in eisdem res incurruunt, ut

Deus non requirit peccatum
Injustitia ciuilis in impiis est peccatum
Ergo Deus non requirit iniquitatem ciuilem.

In minore fallacia est accidentis, Nam iustitia ciuilis per se est res bona sed propter uiciosum

E sam per

DIALECTICA

Si am personam sit peccatum, per accidentem, itaq;
Deus cum iusticiam ciuilem requirit, bonam rem
requirit, ut si a clando requiratur cursus. Etsi ita,
persona non prestat id quod requiritur sine nicio,
tamen id non debet omitti.

A DICTO SECUNDUM QVID AD DICTVM SIMPLI CITER.

Hec forma in primis apta est ad calumnias
struendas. Num praetextu partis, iudicium sit
de toto. Item ab aliquo particulari ducitur argu-
mentum ad uniuersale. Hoc sunt, ut facile iudi-
cari potest, niciofissima.

A particulari ad uniuersale
Vinum est febricitante malum
Igitur unum est prorsus malum.

Evangeliū improbat traditiones male
intellectas & viciosas
Ergo improbat omnes traditiones.
A parte ad totum.

Aethiops

PHILIP. MELANCH.

Aethiops est albus demibus
Igitur aethiops est albus.

Hic ex signo aut similitudine rei, res ipsa fit.

Hector est homo pictus,
Igitur est homo.

Hi qui pios interficiunt, habent Ecclesie
titulum
Igitur sunt Ecclesia.

In huiusmodi rationibus facile est depres-
sionem et iudicare uicij causam, constat enim
aliud signum, aliud rem ipsam esse, item non effe-
ci uniuersale, ex aliquo particulari &c.

PETITIO PRINCIPII.

Sic vocant cum incerta confirmamus, per ea
que pariter incerta sunt, qualia sunt ista? Cœlum
est perpetuum, quia non constat ex materia cog-
nata elementis, que est obnoxia corruptioni. Hic
incertum quiddam sumitur, quod Cœlum non con-

P. 7
stet ex

DIALECTICA

stet ex materia cognata elementis.

Stelle non sunt animalia, quia non habent organica corpora. Dicat enim fortasse Plato hanc figuram conuincire stellis uelut organa.

Epicurei non errant, quia multi sic sentiunt, Pythagorici non errabunt, quia $\Delta\gamma\tau\delta\zeta\vartheta\alpha\gamma$. Hac probatio nihil habet certi, quia illud ipsum queretur, an ceteri sic sentientes recte sentiant. Itaque petitio principij, argumentatio inanis est, quia confirmatio debet ostendere firmam causam cur assentiendum sit conclusioni. Pertinet hoc et Nugatio, quam uocant ociosam ταύτωσιν, cum idem sine aliqua significantia repetitur, aut cum in confirmingando non afferimus rationem, sed tantum inculcamus eadem uerba, aut res easdem, paulum mutatis uerbis. Etsi enim in oratione sepe decet eandem sententiam repetere varie pietam mutatis uerbis, tamen cum confirmatio queritur, non satis est uerba mutare.

FALLACIA CONSEQUENTIIS.

Cum con-

PHILIP. MELANCH.

Cum consequens non necessario sequitur ex superiorib.

Dixi autem supra in modis solutionum primum inspiciendam esse consequentiam que cum est uiciosa, expeditissima est diluendi ratio, consequentiam rei cere. Quae autem sit bona consequentia indicandum est ex regulis supra traditis in formis syllogismorum ex locis inuentionis. Cum igitur in connectendo decipimur, non obseruatis illis regulis, fallacia consequentis uocatur. Itaque hec fallacia latissime patet, sed nos pauca quedam exempla recitabimus, ut similia agnoscet ac iudicari facilius possint.

Non ualeat consequentia a superiore ad inferius affirmativa sine signo universalis. ut

Vinum est

Igitur creticum uinum est.

Non ualeat ab inferiori ad superius negatiue. ut

Non superstis Creticum uinum

Igitur nullum uinum superstis.

P ij

Non es

DIALECTICA

Non est efficax argumentum a signis que
non sunt omnino propria uni significato, uidelicet, que propriæ nec cause nec effectus sunt significati, ut

Comptus est

Igitur amat.

Pallet

Igitur studiosus est literarum.

Non a cessante causa

Faber est

Ergo dominus fit.

Non ab insufficiente enumeratione.

Ambrosius fuit celebs

Augustinus fuit celebs

Igitur omnes Episcopi fuerunt celibes,

Prodest autem in promptu habere Regulas consequentiarum plurimas, multa enim ex eis iudicantur in omni sermone et negotijs. Sciendum autem est, id quod sepe iam admonui, Regulas consequentiarum esse, illa ipsa precepta que supra tradita sunt de formis argumentorum, item de locis intentionis. Sed proderit hic quasi in classe

PHILIP. MELANCH.

classe certa quam plurimas colligere. Recensēbinus igitur his usitatam Regulam. Propter quod unquamquid est tale, illud magis tale est, quod his verbis recitat Aristoteles. οἱ δὲ ὑπόρεχοι ἵνα σοφοί μάθωσιν προτερημάτων, οὐδέ τινας αὐτοῖς προτερημάτων. ut aqua calet propter ignem. Igitur ignis magis calet. Vulgus amat amicos propter utilitatem, Ergo utilitatem magis amat. Iudex credit litigatori propter testes, Ergo testibus magis credit. Sed non ualeat ubiq; hæc regula, ut Cicero est eloquens propter eloquentiam, Ergo eloquentia est magis eloquens.

Tiberius est ebrius propter uinum

Ergo uinum est magis ebrium.

Deniq; multa huiusmodi exempla excogitare possunt in quibus cernitur non in omnibus materijs hanc collationem procedere. Disputant igitur Dialectici uarie ubi procedat. Ego non ualde acutos tantum hoc admoneo, quod iurisconsulti solent dicere, Regulas compositas esse, sicut leges, ut sepius ualeant, et ut eorum uerbis utari possint. Interdum tamen discedendum

P. iiiij effe

D I A L E C T I C A .

esse a regulis. Itaq; ex hec regula non supersticiose retineri, sed ciuiliter intelligi debet, ex abundantia iudicium comunitus sensus, ut ea ibi utamur ubi patitur natura sermonis. Sciant autem acuti contrahendam esse ad certum genus. Valet non in formalibus causis, sed efficientibus principalibus ac propinquis ex in effectibus propriis. ut hic Aqua calet propter ignem, Ergo ignis magis calet.

In formali non ualeat, ut Cæsar est clemens propter clementiam, Ergo clementia est magis clemens. Id enim repudiant ex consuetudo loquendi, ex subtilis ratio.

Non ualeat in partiali ex remotione causa. ut Tiberius est ebrius propter unum Ergo unum est magis ebrium.

Nam ebrietas significat perturbationem spirituum cerebri, que non est proprius uini effetus. Vinum enim non statim efficit ebrietatem ubiq; effusum, sed concurrunt aliae cause, cum multum hauserit aliquis, exhalat crudos fumos, qui perturbant spiritus cerebri. Est igitur ebrietas pro-

P H I L I P . M E L A N C H .

tas propria quedam in animantibus qualitas, cum illa omnia concurrunt, immoda ingurgitatio, erudi sumi, cerebrum. Postremo maxime preceedit collatio in ijs efficientibus que similem aut cognatam qualitatem transfundunt. ut aqua calet propter ignem. Ergo ignis magis calet. His in similiis qualitas transfunditur.

Euangelium habet autoritatem propter Ecclesiam que recepit.

Igitur Ecclesia habet maiorem autoritatem. Potest igitur mutare aut abolere Euangeliū.

Antecedens negandum est. Nam Euangelium habet autoritatem ab Ecclesia, uoluntate teſte, non uoluntate ubi autore. Sed habet principaliter autoritatem a Deo, qui miraculis declarauit se hanc doctrinam mundo patefecisse. Ecclesia tantum testis est. Testis autem non potest mutare narrationem.

Euangelio creditur propter Ecclesia testimoniū

Ergo Ecclesia testimonio plus credendum est, quam Euangeliō.

DIALECTICA

Fallacia est. Nam antecedens de alio articulo loquitur de alio consequens. Ecclesia enim creditur de hoc articulo, quod haec doctrina sit nobis tradita ab Apostolis. Ceterum de articulis doctrina credendum est ipsis scriptis. Et hec est simpliciter Augustini sententia, cum ait, Euangeli non crederem, nisi Ecclesia crederem. Litigat enim ibi cum Manicheis, qui abolitis libris Apostolorum fingeant nouum Euangelium. Contra hos recte allegat Ecclesia testimonium. Ecclesia monstrat autorem, non mutat ipsum scriptum. ut si quis dicat.

Euangelio credimus propter miracula. Ergo miraculis plus credimus. Hic miracula monstrant autorem.

Huc etiam alie regule consequentiaram referuntur. In contrarijs mediatis non statim usus consequentia, ut recteo uno ponatur alterum. Ut non sequitur pannus non est albus. Igitur est niger.

Bonum est non ducere uxorem.

Igitur malum est ducere uxorem.

BOHUM

PHILIP. MELANCH.

Bonum est non bibere uinum
Igitur malum est bibere uinum.

Hic bonum & malum non immediate contraria sunt. Sed medium est τὸ μέσον, Adiphora autem dicuntur bona, quia licita sunt & concessa.

SECUNDVM NON CAVSAM VT CAVSAM.

Cognata est fallacie consequentis. Traditur enim hic quoque regula consequentiae. scilicet ut caueamus ne decipiatur ciuitatis causis parum appositis, quod quidem sepiissime in grauiissimis negotijs accidit. Non valet.

Ebrietas est mala.

Ergo uinum est malum. Nam uinum non est proxima causa ebrietatis, sed uoluntatis ingurgitantis se immodice. Et uinum habet alios bonus & necessarios usus.

Non valet Paulus tubet cauere Philosophia
Ergo

DIALECTICA

Ergo Philosophia est mala.

Nam Philosophia habet honestam et necessariam causam cui discatur, scilicet ad hanc ciuitatem uitam. Opus est enim artibus quas Philosophia continet, eloquentia, arithmeticā, medicina, Item cognitione legum et morum ciuitatum. Sed cauendum est ne ex Philosophia fiat iudicium de Euangelio, quod docet quaedam supra rationem hominis posita. Hoc uoluit Paulus monere. Quare qui Philosophiam propter alias causas reiijcunt, decipiuntur hac fallacia, quia ex non causa causam faciunt.

Necesse est agentem penitentiam bene operari

Ergo propter dignitatem bonorum operum remittuntur peccata.

Non ualeat consequentia, fit enim causa ex non causa. Etsi enim bene operari necesse est, tamen ut sit certa remissio peccatorum non pendet ex dignitate nostra.

Pertinet huc vulgaris regula. Allegare in conuenientem

PHILIP. MELANCH.

conueniens, non est soluere, ut si ebriosus uelit se tueri exemplis multititudinis, aut consuetudine, id argumentum revellit haec regula, que admonet reiijcendas esse causas que non sunt probabiles. Et habent huiusmodi regule autoritatem propter ueritatem, et in loco citate clare ostendunt argumentorum uicia. Sunt enim ualde usitate ac note

PROPOSITIONES PLV^a

R.E.S.

Prudentia est in causis uidere quid boni insit, quid mali. Mala enim dissimulanda sunt et teagenta. Bona uero amplificanda, ornanda, et illustranda, ut ea quae ledunt obruta, minus conspiciri possint. Fallaciam igitur uocant, cum in mala causa, excerpuntur ea quae in speciem profutura uidentur, et oratione exaggerantur, sicut hoc tempore hi qui defendunt monachoru doctrinam, pleraque monstra, que olim docuerunt, callide dissimulant. Tantum excerpunt quedam que uidentur probabiliora. Deinde addunt etiam uiciuos locos, dicunt de docentium uiciis, de tumultib^o aliquid

DIALECTICA.

alicubi exortis.

Horum causam conferunt arte in nouum genus doctrine. Hac quia sunt plausibilia, ualde profundit ipsis, et eorum uicia tegunt. Monent igitur dialectici in his fallacijs, uidendum esse, ne disimulatis principalibus locis, excypri patiamur ea quae nos ledunt, aut aliunde accessitos locos extra causam dici sinamus, qui nihil faciunt, προς οὐτόν. Nec facile dici potest, quantam uiru habeat hoc preceptum. Non raro enim in maximis causis ita decipimur. Interdum homines astuti consulto talibus prestigijs fallunt incacos aduersarios. Idq; non tam Sophisticum quam sophanticum est. Vulgo uocant transference metu, seu scopum. Et Aeschines ualde metuens, ne quod posita accidit, Demosthenes hac arte superaret, hostatur iudices ne permittant ei, ut a causa disgregiatur, sed sicut pugiles de loco inter se decrant, ita pugnat ipsi cum Demosthene de orationis serie. Interdum uero etiam boni uiri per imprudentiam aberrantes a proprijs locis, incurruunt in uicinos, cuius rei facile est inuenire exempla cum in forensibus, tum in Theologicis disputationibus ut Valla aberrat in disputatione de libero arbitrio

PHILIP. MELANCH.

arbitrio in qua cum tantum queri debeat, an humaniores possint legi diuinæ perfecte obedire, Valla procul currit utreque tanta exortacione tollit verum contingentiam, quod nihil necesse est. Huiusmodi multa reperiuntur etiam in scriptis praestantium uirorum, qui minime hebetes fuerunt. Nihil enim facilius est homini, quam labi ac decipi.

Ceterum habent ex bone cause sua incommoda que cum non satis probari auditoribus possunt, disimulanda sunt, ex eligendi artis agitandi si loci qui uidentur posse splendescere.

IGNORATIO ELENCHI.

ἴλεγχος significat firmam probationem. Nam ἐλέγχος forense uerbum est, et significat conuincere, überuueisen. Omnes igitur infinitas probationes referunt ad ignorationem elembi, et supra posita genera fallaciarum hic repetunt, et hic quasi communem locum constituant ad quem omnes niciose argumentationes referri possunt. Sunt enim infinita cauillationes, quare locum aliquis expeditius fuit in quem reponerentur omnia

DIALECTICA

tur omnes uiciose raciocinationes, que non facile accommodari superioribus locis possent. Meo iudicio, haec fallacia apte vocaretur latine Caulatio. Nam hanc propemodum græci uocant σόφιστα. Ea uox aliqui generaliter significat uafrum commentum seu uafrē cogitatum. So phistæ uero uocabantur olim doctores Rhetorices qui cum de uarijs rebus, sine perfecta doctrina dicerebant, ac disputatione, multa dicebant in causis aliena, tantum ut fūci ficerent auditoribus. Hinc Sophisticæ argumentationes dictæ sunt que non ex ipsis rerū fontibus sumpta sunt ut uere docerant auditorem, sed aliunde accessite, ut offundant nebulas auditoribus. Dicas uerissimum exemplum esse eiusmodi Sophisticæ, uituperationē Eloquentie in Epistola Pici. At in iudicijs Sycophantice dicti sunt qui aliqua artificiose calumnia deceperunt aduersarios. Quare technæ atq; im posture in magnis er grauibus causis infidiose excitatate non tam Sophisticæ, quam sycophantice artis inuenta sunt. Interdum autem decipimur longa oratione, id proprium Sophisticum est. Interdum breui captiuncula, id uerius est sycophanticum. Porro dialecticus in utroq; genere elaborabit

PHILIP. MELANCH.

elaborabit, ut in longa oratione excerptat principia membra et syllogismis includat. Ita uicia facilius deprehendet. Breues captiones etiam facile diluit, si hos locos falliarum ut uocant ita tim animo percurret..

Dixi autem in hunc locum conferri uarias cauillationes, que non facile superioribus generibus accommodari possunt. ut Cœlum tegit omnia. Ergo se quoq; tegit. Cretenses sunt mendaces. Id dixit Cretensis Epimenides. Ergo mentitus est is quoq;. Sunt igitur ueraces Cretenses. Rursus igitur uerum dixit Epimenides. Græci uocant hanc formā Χειρόμηνος. Vicium oritur hic ex mala consequentia. Non sequitur omnes Cretenses esse mendaces. Nec sequitur mendaces sunt. Igitur omnia mentiuntur.

Græci uocant etiam δέσποτον quod nostri dixerunt insolubile, ut qui dicit se tacere, is uero loquitur.

Pertinent ad uiciose elenchos pugnantia, non recte collata. Ut Plato scribit domi, et Plato nō scribit

Q.

DIALECTICA

Scribit foris. Igitur Plato scribit et non scribit. Diluitur hoc modo, quia pugnantia respectu eiusdem intelligi debent. Idque diligenter obseretur. Nam innumerabiles cauillatioes sumuntur ex viciois antilogijs atque antimonijs.

Fere item omnes uoces pro uarietate casuum et constructionis, seu materie in qua uersamur, uarie accipiuntur ut Homo est species, hic homo significat non Petrum aut Ioannem, sed speciem significat, hoc est commune uocabulum multis convenientis, seu rationem atque imaginem quandam humanae nature multis singularibus convenientem.

Omnne animal fuit in area Noe, Hic uniuersalis non tam late patet quam solet alioqui patere, sed astringenda est ad species omne animal id est cuiusque speciei quedam paria.

De plenitudine eius omnes accepimus, Exclusa sententia est, Contrahitur enim uniuersalis ad certam speciem, et significatur quedam exclusio, omnes accepimus uidelicet quotquot accessimus, a solo Christo accepimus, Est n. cognitio inter

PHILIP. MELANCH.

Inter uniuersales et Exclusivas. Tantum diuicie laudantur, id est Nihil laudatur nisi diuicie.

Dialectici hanc tantam uarietatem regulis complecti conati sunt. Hinc extitit illa moles commentariorum de suppositionibus, ampliationibus, restrictionibus et reliquis generibus. Nec tamen hec precepta prorsus aspernanda fuissent, si modum adhibuissent et exempla sumptissima usitata in comuni sermone, uerum homines indebet in scholis finixerunt ipsis sibi prodigiosa exempla, que nullum prorsus usum habent in negotijs iudicantis. Ideo illam totam dialecticæ partem nos consulto omittimus, presentim cum ad dialecticem non pertineat. Ad grammaticos uerius pertinet iudicium de hac uarietate uocum. Et ad hunc usum traduntur figure. Una synecdoche sufficerit pro omnibus regulis ampliationum et restrictionum. Facilis est interpretatio huius dicti. Omne animal fuit in area Noe, si quis moneat esse syncdochem, quia uniuersalis aliquantulum contrahitur, ut cum dicimus uniuersam germaniam conuenisse ad depellendos Turcas. Huiusmodi syncdochis plena est scriptura, cu deus

Q. q. ait se

DIALECTICA

aut se seruaturum Israel, et rursus inquit Israelitas reiectos esse. Item Ecclesia errat, Ecclesia non errat. In utrisque sunt synecdoche. Est et synecdoche. Omni potenti tribue. Non n. simpli- citer de omnibus singularibus loquitur, sed de du- abus speciebus quarum discrimen tollit, da amicis et inimicis egentibus. Obsecro quid hic opus est confusissimis illis et obscurissimis recentiorum dialecticorum tricis, cum grammaticus multo di- lucidius et aptius totam rem uno uerbo explicet. Deinde ne id quidem assediti sunt dialectici, quod uoluerunt. Non enim omnes figuræ ac uarieta- tes uocum certis regulis comprehendere posse- runt, etiam si quotidie nouas regulas gigneant. Infinita res est, ut gestu hominis infinita uarie- tates sunt. Et tamen grammatici prudenter ge- nera quedam notarunt earum figurarum que se- pius occurrunt in communi sermone. His gene- ribus animaduersis similia facile iudicat communis sensus. Ac genera illa ex quibus fontibus sumatur liberaliter instituti adolescentes per sepe perspici- ent. Oriuntur n. ex quinque uocib[us] natura, que sup- peditant subtilem interpretationem in omni sermone, aut n. de genere, de toto, aut de specie, de partib[us].
aut de

PHILIP. MELANCH.

aut de differētia aut accidente aliquid certo aliquo modo significatur. Interdum enim figuræ aliquid contrahunt, interdum dilatant, interdum discer- nunt, ut Episcopi nō est administrare regna mun- di, hic de proprio Episcopi munere loquimur. At Episcopus, tanquam donatus ab Imperatore, potest habere iurisdictionē in bonis certis. Apo- stoli non est texere. At Paulus tanquam artifex poterat texere. Nihil autem uerat Paulum esse et Apostolum et textorem. Petrum esse Aposto- lum et patrem familias. Interdum declaratur aliqua uox similitudine, ut Ecce agnus dei. Sed letores fastidiosi queri possint idem me peccare, quo lūgus dialecticorum peccauit, si longiores preceptiones grammaticas dialectice inseram. Ideo desinam, ac studiosos hortabor et ut diligenter obseruent uarietatem significationis in struc- tura orationis, et meminerint eam interdum co- muni sensu, interdum ex figuris grammaticis iu- dicari posse. Hic communis sensus iudicat. Liber Ciceronis, quando possessio, quando autor signifi- cetur.

Complexus sum præcepta artis præcipua,

Q iij quorūm

DIALECTICA

quorum usus est in iudicandis et tractandis controvrsijs. Sed meminerint adolescentes ad hec precepta consuetudinem disputandi et stylis exercitium adhibendum esse. Ita fieri ut perspiciant nūm atq; usum præceptionum. Etenim cū in alijs artibus præcepta intelligi non possint, nisi ad usum translata, multo minus dialectica uis perspici potest, nisi in usu, quia hec tota ars organon est, cuius finis est, non cognitio sed usus. Preclarus apud Platonem in Philebo Socrates ait, præcepta perspicilia esse, sed usum esse difficilimum. Sic enim inquit ἐπί δικαιοστι μηδὲ τὸ πάντα χαλεπόν, χρῆσθαι ταχαχαλεπορ. Mirum autem uideri potest, quare dicat usum tam difficilens esse, cum in speciem ars facilima uideatur, sed homo acutissimus ac peritiissimus, non sine magna et graui causa ita dixit, uidit enim quam sepe deerent etiam ingeniosissimi homines a methodo, in graibus controvrsijs, quod si quis non credit, disputationes theologicas ac forenses inspiciat, in his deprehendet errata dialectica turpisima et que plurimum tum Ecclesie, tum reipub. nocent. Nemo credat, nisi usu factus prudentior, quam facile etiā minime hebetes homines hallucinantes, omisso

PHILIP. MELANCH.

omisso principali loco, incurvant in uicinum aliquem, qui tamen corruptit totam causam. Possem exempla commemorare qua ipse comperti in maximis et difficilimis negotijs. Quare adolescentes adhortor ut quam plurimum studij atq; opere tribuant, non dico ediscendis præceptis, id enim fieri sine magno negocio potest, sed exercendis, ut se assuefiant, ut quidquid proponitur, statim ad methodum reuocent, querant ipsos negotiorum fontes, dent operam ut uideant, quem admodum ait Cicero, ubi sit, discant in quolibet negocio in arcē ipsam causā inuidere. Quantum uim hec habeant, nemo pro dignitate exponere potest. Multo n. absurdius est in causis a principali loco decurrare, quam in cantu aut fidibus peccare. Et tamen uidemus Citharcedos se perpetuo exercere, ne manus incerta deflectat extra harmoniam, quanto magis exerceri oportet eos qui dilectionem sibi comparant ad maximum rerum, religionum, naturae et omnium officiorum explicationem.

IMPRESSVM VITERGAB.
apud Iosephum Klug.